VAd 1521982

(1

SACRA RITUUM CONGREGATIONE

EMO, ET RMO DOMINO

CARDINALI ODESCALCO

RELATORE

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

FUNDATORIS CONGREGATIONIS SSMI REDEMPTORIS
AC OLIM EPISCOPI S. AGATHÆ GOTHORUM

NOVA POSITIO

SUPER MIRACULIS

POST INDULTAM EIDEM VENERATIONEM

ROMÆ MDCCCXXIX.

Ex Typographia Rev. Cam. Apostolicæ

Digitized by Google

Digitized by Google

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum

NOVÆ

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, et de quibus Miraculis constet post indultam eidem Beato ab Apostolica Sede venerationem in casu, et ad effectum de quo agitur?

BEATISSIME PATER

1 Beatorum fastis adscriptus postquam solemni ritu fuit V. D. S. ALPHONSUS MARIA DE LIGORIO, ad ipsius Beati promovendam Canonizationem duo nova proponuntur miracula, quæ discussa in antepræparatoriis Comitiis, iterum nunc redeunt ad examen, maturiori videlicet cognoscenda judicio. De queis mihi dicturo obversatur in primis animo Benedicti XIV. monitum illud = *plura e Medicorum Libris diligenter examinanda, antequam sanationes miraculis adscribantur*=de Canoniz.SS.lib.4.part.1.Cap. 22. pag. 249. De utraque igitur, quæ proponitur sanatione consulendi de more erunt in arte Periti, *qui*, ut ipse prosequitur Pontifex, *morbi, de quo agitur, qualitatem, signa, et symptomata expendant* = Hoc præmonito, quod ad utrumque miraculum observandum fuit, jam de singulis quid præterea animadvertendum occurrat paucis expediam.

MIRACULUM I.

Subitæ perfectæque sanationis Antoniæ Tarzia gravi pondere in præcipiti lapsu oppressæ a lethali abdominis contusione, intestinorum læsione, femorisque dexteri luxatione, B. Alphonso de Licorio apparente, viribusque illico restitutis

2 A multiplici naturaliter insanabili morbo non unam inscriptio exhibet, sed multiplicem, eamque et subitam, et perfectam prodigiosam sanationem a lethali contusione, ab intestinorum læsione, et a luxatione fæmoris. Difficultas est in genere, et in relevantia probationum. Plures enim inter Testes ad numerum usque trium supra viginti, unum si excipias Curæ Medicum Cajetanum Ricca, aut etiam Chirurgum Caccavarium, qui de internis morbis judicare ex artis poterant regulis, reliqui, vel una plerique omnes repellendi exceptione videri possunt, quod rudes ut plurimum et imperiti audiendi quidem de lapsu aut de externis signis sunt, non similiter vero de interna, qualis arguitur, abdominis contusione, aut de interna læsione viscerum, ac multo minus de fæmoris luxatione, de qua ne ipsis quidem Peritis in arte certa datur cognitio sine necessariis experimentis, quæ nulla in casu facta fuere. Eo ipso igitur, quod de his testantur, quæ eorum excedunt cognitionem, suspicione haud vacant, locumque adeo sibi vindicat arbitrium Judicis ita regulandum, ut nulla, aut non plena eis præstanda sit fides.

3 Præsertim cum non solum eis deficiat certa causa scientiæ in internis, quæ oculis non patebant, sed et quadam simplicitate videntur laborare. Primus testis sanata ipsa = *Io*, inquit, *SVENNI, e mezza morta nella caduta* =, et ita omnibus ob deliquium destituta sensibus, narrat tamen, quasi videns, quæ videre non potuit, quod = *presente detto mio Marito, ed Anna Mosani mia vicina, così a stento mi posero nel letto tutta sconquassata, che appena mi ricordo* = *Summ. pag.*3. §. 2. Narrant praeterea fere omnes Testes praecipitem lapsum, et hunc veluti graphice describunt e scala cum sacco frumenti; cum tamen praeter virum et vicinam illam nemo alius ex testibus praesens fuerit; et in hoc rursus praecipiti, qualis dicitur lapsu, ac in tanta ruina non fractura (quod mirum) narratur ulla, non externum vulnus, non stigma, non gutta effusa sanguinis, aut incisura deturpans aliqua, ut hoc ipsum inter occulta naturae miracula adscribendum potius videatur, morbusque demum omnis aut ipsa vis morbi, quae cognosci visu potuerit, ad solum redeat deliquium, quod spiritibus seu sponte, cessato parhosismate, seu facili arte restitutis, instantanee passim naturaliter sanatur, et evanescit, ut in suo Opere *de occultis naturae miraculis* notat *Lemnius in Praefat.* his verbis = *Quod vel obaesenaris quisque animadvertere potest, ad vires syncosi collapsus animique deliquio sopitas restaurari, exigique videt odoramentis* = Denique Testes fere omnes, ne singulas eorum persequamur exagerationes, illud una cum sanata deponunt, quod = *non teneva cibo*

bo alcuno = d. pag. 2. §. 4. et passim alibi ; et ab ipsis tamen iisdem Testibus simul edocemur sanatam ipsam sanctissimo refectam Viatico fuisse = *mi furono dati* (sanata rursus ipsa loquitur) *li Sagramenti dal proprio Parroco Don Vitaliano Provensano*= ibid.seq.§.5. et pag. 11. §§. 65. et 66., et alibi. Inter has autem seu simplicitates, seu absurditates Testium, quamnam eis tandem praestabimus fidem?

4 Neque vero, ut propius scrutemur naturam morbi, fidendum magis est aut Medico, aut Chirurgo. Quidquid enim a deliquio, ac effectibus deliquii perterriti, aut delusi morbum gravem dixerint, mortemque prænunciaverint proximam, verum hoc tamen est, nullum ab ipsis experimentum factum esse de luxatione femoris, nullumque praeterea ab eis seu de laesione viscerum, seu de concussione abdominis signum, et symptoma observatum fuisse certum, quod non ex deliquio vel solo explicari queat. Et quidem ad luxationem quod attinet femoris, nihil de ea observasse se Chirurgus dicit, asserens, quod = *l'osservai con polsi deboli*, *coricata alla sopina*, *e priva di senso* =, quodque = *insistendo gli astanti di osservarla*, *e vedere se vi era rottura di ossa*, *o altro* (adeo nemini cognita luxatio femoris fuit) *non stimai di moverla*, *mediante la debolezza in cui si trovava* = addens tantummodo de luxatione id, quod audierat a Medico Ricca, et nimirum quod = *essendomi incontrato col Dottor Fisico D. Gaetano Ricca incominciammo a discorrere sull'accaduto infortunio, mi riferì il Sig. Ricca: Io ho conosciuto, che il capo dell' osso del femore destro era fuori uscito dal suo acetabolo, e che non era prudenza là per là di riporlo, mediante la debolezza che soffriva l'inferma, che qualche giorno dopo se fosse migliorata potea ciò eseguirsi* = *Summ. pag.* 12. §§. 74. *et* 75. Chirurgus igitur hac de re nonnisi Testis est de auditu a Medico. Audiamus igitur ipsum Medicum, et judicium Medici.

5 Dixit ipse = *ho conosciuto* = Undenam autem, aut quo experimento se dicit cognovisse? Testis hic est 11., ejusque testimonium prostat in *Summ. pag.* 5., atque hæc habet de luxatione sub §. 23. = *Osservai ancora contemporaneamente*, *che per la detta causa avvenne una lussazione nel femore*, *di cui mi accertai tanto con vista*, *che col tatto*, *avendo trovato il capo dell' osso fuori dell'acetabolo*, *che non mi ricordo se fu il destro*, *o il sinistro per lo passaggio di anni* 9. = Haec nimirum Medici observatio omnis, et en judicium. Sed enim praeceps judicium. Mulier enim, ut audivimus a Chirurgo, erat = *coricata alla supina* = seu, ut ait Medicus (Summ. pag. 5. §. 20.) *in un sito orizontale* =, neque medicae artis fuit = *di moverla mediante la debolezza*, = adeoque = *durante la malattia* (inquit ipsa Sanata pag. 3. §. 4.) *stiedi sempre alla supina nel medesimo sito* =, ut non facile intellectu sit, quomodo aut visu, aut tactu hac tali in positura cognosci potuerit luxatum femur, id quod diligentiori etiam indiget observatione. Nam = *femur* (docet *Celsus de Medicina lib.* 8. *Cap. XX. de femore luxato*) *in omnes quatuor partes promovetur: saepissime in interiorem*, *deinde in exteriorem*, *raro autem in priorem*, *aut posterio-*

 rem

rem, *Si in interiorem partem prolapsum est*, *crus longius altero et valgius est*, *extra enim pes ultimus spectat*. *Si in exteriorem brevius, variumque fit*, *et pes intus inclinatur*; *calx ingressu terram non contigit*, *sed planta circa, meliusque id crus superius corpus*, *quum in priore casu fert*, *minusque baculo eget*; *Si in priorem*, *crus plicari non potest*, *extensumque alteri cruri ad calcem par est*, *sed ima planta minus in priorem partem inclinatur*; *dolorque in hoc: casu praecipuus est*; *et maxime urina supprimitur etc.*= Cum igitur nihil horum observatum fuerit, et neo de crure, nec de pede, aut dolore, ant suppressa urina, caeterisque quidquam nec Medicus, nec alius quisquam meminerit, inane videri poterit de sanata femoris luxatione disquirere, de qua non constat.

6 Neque certiora sunt reliqua sive de intestinorum laesione, sive de contusione lethali abdominis. Quippe laesionis intestinorum, non aliud datur signum, aut symptoma, quamquod illud, quod supra a Sanata ipsa audivimus §. 3., quod nempe = *non riteneva cibo alcuno* = De contusione autem abdominis non item aliud, nisi quod asserit Medicus = *L'addome gonfio oltremodo*, *e nell' esterno illividito* = *Summ. pag.* 5. §. 25. An lethalia dicenda sint ejusmodi signa explicabit Peritus, ut initio praemonuimus eligendus. Interea de illa rejectione dubiam rem facit, id quod *supra* §. 3. advertendum fuit, administratio, quae inopportuna, ac indecens fuisset, SSiñi Viatici. Similiterque de tumore ac livore illo *externo*, quod aut de veritate, aut de gravitate dubitare liceat, ratio ipsa facit medicamentorum adhibitorum, dum nihil exterius adhibitum medicamenti fuit; sed tantummodo = *il salasso*, *e l'uso continuato de' nitrati*, *e delle limonee*, *e di quando in quando un poco di etere solfureo con della neve* = ead. *pag.* 5. §. 24. Quod certum est, ne ipse quidem Medicus ab initio desperasse de sanatione videtur, dum a Chirurgo curari noluit, quae praetendebatur luxatio femoris dicens, = *che qualche giorno dopo se fosse migliorata poteva ciò eseguirsi* =, ut a Chirurgo supra audivimus §. 4. in fin. Et quoniam *la malattia*, ut inquit Sanata in Summ. pag. 4. sub §. 15. juxta 14. Interrog. = *fu breve*, *caddi la sera di Giovedì*, *e sera di Sabato fui sanata dal Beato* =, profecto in tam brevi cursu morbi ne facultas quidem fuit certiora advertere, et ea quae dicunt lethalia symptomata, ac talia, unde prodigiosae exurgat certum judicium sanationis.

7 Et haec de natura et gravitate morbi. De modo autem sanationis totum stat in phantasia et imaginatione Mulieris Sanatae, quae nimirum narravit = *mi raccomandai* (sensibus licet destituta, ac in ipsa animi defectione) *per quanto potti allo Beato Alfonso*, *e subito viddi*, *che l'abitazione era chiara di splendore*, *e viddi ancora una persona all' autra*, *che era venuta con una supennizza bianca*, *e cu na muzzetta russa*, *e nelle mani uno baculo*, *e alla capa na mitra*, *e vicina a sta persona uno piccillinuzzo*, *che portava alle mani una carta scritta cu caratteri russi*. *Dopo questo* (prosequitur Sanata) *io cercai a mia Sorella Rosa una Candela*, *che pensai di darla a questa persona*, *che pensai essere lu Santo Padre Beato Alfonso ec. me la purtaro*, *e la porgevi allu*

Bea-

Beato, la quale mi fice signa cullu jiritu mù la mintu supra lu lettu, e fui benedìtta da lu Beatu cu la cruce, come fanno i Viscui per trè vote, e l'occhi l'avia diretti supra la panza, e sopra lu pettu; dopo tale fattu mi trovai tutta sana ec. Sum. p. 3. a §. 8. ad 11.

8 Enim vero hanc narrationem, quae ipsis Sanatae verbis transcribenda fuit, si ad vim imaginationis referamus, facile intelligemus, si ad veritatem nihil minus: Nimirum = *propter imaginationem* (observat his verbis ad rem *Fienus de viribus imaginationis quaest.8. conclus. XXVII.*) *saepe putantur videri, quae non videntur; audiri, quae non audiuntur; sentiri quae non sentiuntur* =, idque vel maxime sopitis, aut oppressis sensibus, ut notat D. Augustinus de Civit. Dei lib. 18. Cap. 1. inquiens = *phantasiam hominis corpus non esse, quod tamen corporum similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis sensibus* = Punctim autem hac sensuum oppressione laborabat Sanata tunc cum formam corporis se vidisse narrat, quod putavit corpus esse Beati Alphonsi = *Io svenni* (ita ipsa pag. 3. §. 2., additque seq. pag. 4. sub §. 15. ad 15. Interrogat. = *Pochi momenti ed intervalli aveva di ragione nel corso del male* = Quidquid igitur inter haec videlicet intervalla sanctis fuerit refecta Sacramentis, Beatum ea certe videre non potuit oculis corporis, dum sensibus erat destituta. Vidisse igitur diceret mentis oculis. Sed enim haesitabunda admodum sanata dicit = *Pensai essere lu Beatu Alfonsu* =, quae quidem haesitantia confirmatur a Parocho, dum inquit = *ella credè il Beato Alfonso* = *Summ. pag. 8. in princ.* Aliud est tamen conjectari, et opinari, aliud videre.

9 Et est quod magis dubites ex ipsa Personae descriptione, ac ex patula narrationis contradictione. Primum enim inquit = *Vidi una persona, che era venuta da meo con sarpettizza bianca* = mox addit = *una mozzetta russa* = tum autem eam describit personam = *ecn un baculo nelle mani, e alla capa na mitra* = praetereaque = *vicina a sta Persona unu piccillinuzza, che portava alle mani una carta scritta cu caratteri russi* = Quidnam autem haec omnia et similia alia, quae persequitur supra relata narratio, quid inquam, haec cum Beato Alphonso? Vox enim vocula nulla = *mi fece segno collu ditu* = Nullum praeterea promissae sanationis signum = *l'occhi l'aveva diretti sopra la panza, e sopra lu petto* = Denique inter haec seu absurda, seu puerilia, nil ad rem magis, quam quod praxis servetur Sacrae Congregationis praetermittendi in ipsa Miraculorum approbatione mentionem similium apparitionum, de qua praxi Sa. Me. Benedictus XIV. in suo opere de Beatif. lib. 3. Cap. 5. num. 15. = ibi = *Contigit aliquando, ut examini proponantur nonnulla miracula, in quibus Sanati referunt* (ut in facti specie) *sibi ante sanationem miraculosam Dei Servum, aut Beatum apparuisse . . . Sed cum S. R. Congregatio ad approbationem devenerit nulla in miraculi approbatione facta apparitionis mentione, inducta quaedam dicenda est praxis silentio ut plurimum in ea facti specie praetereundi apparitiones Servorum Dei et Beatorum* = Haud perpetuum hoc quidem est, quod fit

 ut

ut plurimum; nec exempla recentiora desunt, quae afferri possent, in quibus recessum a praxi est, ut annis 1783., 1803. et 1825. in causis Beatificationum B. Nicolai Factoris, Beati Josephi Mariae Cardinalis Thomasi, et B. Angeli ab Acrio. An autem specialissimi hi casus, in quibus certiora praesto erant apparitionis argumenta, comparandi nostro casui sint, haud difficile ex animadversis judicium est.

MIRACULUM II.

Instantanae perfectaeque sanationis Fratris Petri Canali Laici Professi Congregationis Camaldulensium ab ulcere fistuloso, sinuoso calloso, et carioso in sterno.

10 Haud multa quidem, sed ea tamen satis solida adnotanda sunt de hoc altero miraculo. Ex pluribus enim Testibus ii primum expungendi sunt, qui de natura et gravitate morbi non aliam habent scientiae causam, quam de auditu a Peritis duobus Chirurgis *Rolli* et *Verzolini*, qui curarunt aegrotum. Ex his autem Peritis expungendus similiter Chirurgus Rolli est eo ipso, quo ejus testimonium extrajudiciale est, et ordinaria tantummodo auctoritate nititur, non Apostolica, expungendusque etiam alter videtur Chirurgus Verzolinius, qui ulceri, de quo agitur primam dicitur dedisse causam, et qui in suo ipso testimonio haud dubiam includit contradictionem. Expungendi denique uno sunt omnes nomine cum de ultimo statu morbi nemo nos faciat certiores; nemo rursus de ipsa, quae praetenditur, carie; nec signa tamen desunt convalescentis ipsius morbi ante prodigiosam, quam volunt, sanationem.

11 Nam si enucleatius explicanda isthaec sunt omnia, verum primo illud est, si Testes de causa scientiae interroges, nihil certum ab iis de visu circa naturam et gravitatem morbi = *Una piaga fistolosa, sebbene non l'abbia mai veduta = Per quanto mi sembra sentii ec. = Non posso io precisare in qual parte, come nemmeno quali segni la piaga presentasse = Ho sentito dire ec. = Di che carattere, e natura fosse il suo male non posso precisarlo, solamente mi fu detto ec. = Tutto mi è noto non di propria scienza, e veduta, ma ne sono però bene infomato per le relazioni che mi venivano fatte dai Professori, nè prima che seguisse la sanazione ho mai veduta la parte, in cui fu la sede del male* = Haec et similia passim a Testibus *in Summ. pag.* 51. *in princ. et* §. 299. *pag.* 52. *post* §. 305., *pag.* 59. *in princip. et* §. 360. *pag.* 74. *post* §. 452. *et alibi*.

12 Accuratius quidem, ac de visu aliquid habetur a Valetudinario, et a Sanato, qui sunt Testes III. et V. Nam ab his graviora audimus de morbo, quod = *il giudizio, che formarono i Professori Chirurgi della piaga di Fra Pietro Canali fu, che la giudicarono fistolosa, e pericolosa, e disperavano della salute del malato; e di più temendo, che sopravvenisse la cancrena propose il Rolli di venire al taglio, che non fu mai eseguito* = Summ. pag. 55. §. 325. et quod rur-

rursus, ut inquit Sanatus = *da quanto sentivo dai Professori; e dalla qualità dell' umore si giudicò da me che fosse cariata la costa,.. e di questo mi persuado anche, perchè esperimento una certa cavità, che mi è rimasta nella parte, la quale indica il mancamento dell' osso* = Summ. pag. 64. §. 390. Haec quidem et alia hujusmodi ii duo Testes; Verum horum primus simul declarat, et profitetur = *Non saprei poi da quali ragioni i Professori venissero mossi a formarsi di questa malattia una idea, piuttosto, che un altra, non essendo cosa di mia COGNIZIONE* = d. pag. 55. §. 326. Et sanatus incertus, et ipse = *Non saprei* (inquit) *poi dire la causa di questo stato peggiore del primo* = pag. 63. §. 386.; semperque se refert ad judicium Professorum = *Tutti tre i sopracitati Professori giudicarono in progresso della malattia, e dopo qualche mese, che la piaga fosse callosa e fistolosa, e d'indole assai cattiva ec.* = Rursus = *da quanto sentivo dai Professori* = et iterum ac fere semper = *La ridetta piaga venne pure giudicata fistolosa dai Professori, che mi visitarono* = pag. 64. §. 387. et 390., et pag. 66. §. 406.

13 Jam Testimonium Chirurgi *Rolli* (nam de Chirurgo alio Fabrianensi non aliud habemus, nisi quod de eo referunt plerique Testes) Rolli, inquam, testimonium ad extrajudiciales attestationes earumque tenorem attestationum rejectum videmus in *Summ. ipso pag. 79. in fin. et seq.*, de quo proinde testimonio nulla ad effectum, de quo agimus directa haberi ratio potest; et a quo tamen ipso paulo infra videbimus nihil certe de carie statui posse. Venimus igitur ad Chirurgum *Verzolini*, in quo robur est totius Postulationis. De hoc autem id primum scimus, quod ipse fuit, qui = *applicò alla parte offesa una coppetta a fuoco che tagliò poi con un rasojo* = quodque = *per tale medicatura andò a formarsi una piaga, la quale medicò molto, ma inutilmente* = Summ. pag. 61. §. 366, et rursus pag. 63. §. 328. Scimus autem praeterea non satis ipsum in testimonio dicendo cohaerens sibi fuisse, et exageratione etiam fuisse usum. Dicit enim pag. 47. ad interrog. 17. = *Non ho mai tentato, anzi mi sono sempre guardato di distruggere la parte callosa della piaga, perchè ho avuto timore fondato e della cancrena, e della emorragia, e del taglio dell' arteria* = Et illico tamen ad seq. interrogat. 18. asserit = *mi ricordo ancora di avere usato il caustico della Pietra infernale per distruggere la parte callosa* = Porro haec est manifesta contradictio. Nec re ipsa abstinuit, ut dicebamus, ab exageratione; dum tumorem dicit tantae molis, *quanto una buona pagnotta* = pag. 45. §. 264., quem tamen ipsum tumorem Sanatus non majorem dicit, quam = *della grandezza di una noce* = pag. 60. §. 365.

14 Quid autem si de ultimo inquirimus statu morbi, de quo potissimum est inquirendum? Quid si de carie, in qua maxima constituitur vis et gravitas morbi? Nimirum ex Summario discimus Chirurgum utrumque Rollium scilicet, ac Verzollinium multo tempore ante sanationem Petri ulcus vidisse, et ab eorum visitationibus ad sanationem *mensem et ea amplius* intercessisse; atque interim continuata fuisse pharmaca, et remedia in ulcere Petri, quae sanationi fortasse viam parare potuere. Ita pag. 81. §. 486. juncta

pag.

pag. 68. §. 419. et pag. 67. §. 413. Cum igitur incertus sit ultimus ulceris status, qui omnino spectandus prae omnibus est, quid certi judicandum de miraculo erit? Sed et de ipsa carie incerti aeque sumus. Totum quippe stat in extrajudiciali illo Rolli testimonio, qui de se dicit = *formai giudizio, che vi potesse essere sottoposta la carie* = Summ. pag. 81. §. 485. Ex hisce autem incertis vocibus = *Vi potesse essere sottoposta* = nemo certe jurabit de certa carie.

15 Praesertim dum certiora haud habentur experimenta, ac praesertim rursus, cum ipse Rollius in progressu suae depositionis a praeconcepta sua opinione recessisse videatur. Tria quippe ipse describit tempora suarum trium visitationum, observationumque super ulcere infirmi. In prima visitatione invenisse se dicit = *una tumefazione estesa con piaga ec.* = et opinatus fuit = *, che vi potesse essere sottoposta la carie* = In altera visitatione vidit *cicatrizzata la descritta piaga*, cujus loco aderat paulo inferius = *un seno della circonferenza di due, o tre linee aperto, fistoloso gemente marcie ec.* = et silet omnino de carie. Tandem ad illum tertia vice evocatus animadvertit = *il male nello stato medesimo dell' ultima visita* =, quin meminerit quidquam amplius de carie, concludens = *Questo è tutto ciò che posso asserire di mia scienza, e di fatto proprio sulla malattia di questo soggetto* = *Summ. pag.* 81. §§. 483. 485. *et* 487. Quidquid igitur in prima visitatione circa cariem opinatus fuerat, postea falsum agnovit; adeo quidem, ut deinde loquens de Sanitate, quin ullam de carie sanata mentionem faciat, hisce omnino se explicet verbis = *Ho veduto, e riconosciuto con ogni diligenza il luogo preciso, dove il Converso Fra Pietro Canali ha sempre avuta . . . . . una fistola aperta sinuosa, marciosa, sollevata, inveterata, bisognosa di operazione, e taglio, e con molta meraviglia ho trovato, che non vi è più nulla affatto, che la parte è risanata a perfezione, e che appena resta un piccolo vestigio di cicatrice forte stabile, e concentrata dinotante esserci stata una piaga* = *seq. pag.* 82. §§. 488., *et seq.*

16 Adde his vero medicamentorum adhibitum genus, quae nihil fere ad ossium cariem: Adde illud repurgans et abstergens = *Empiastro di pane bullito col latte* =, quale sibi sanatus dicit ulceri applicuisse *in questi ultimi giorni* = *Summ. pag.* 67. §. 423. Et adde demum quae praeterea Sanatus rursus ipse narrat de tempore, et modo sanationis, inquiens = *Ho già detto, che ottenni la mia miracolosa, ed istantanea guarigione prima degli otto giorni, cioè nella mattina del sesto giorno di Venerdì circa le ore undici, e mezza mentre che SERVIVO MESSA nella Chiesa del Monastero, e precisamente alla elevazione di essa Messa chinandosi, e sonando il campanello mi sentii cadere filacci, ceroto, e pezze che tenevo nella parte offesa etc.* Summ. pag. 68. et seq. §§. 415., et 416. Profecto autem post haec, si Fr. Petrus Canali ipsa ante rerum mutationem mane in publica Ecclesia Missae, id quod de antecedentibus diebus non legitur, inserviebat, difficile admodum est, quod eum nobis fingamus in eo, qualis describitur, aegritudinis statu, ulcere nimirum a multis jam mensibus labo-

ran-

rantem fistuloso, sinuoso, calloso, carioso in sterno, unde maxima angebatur respirandi difficultate, pectoris pressus angustia atque anxietate, itaut nec jacere in affecto latere posset, nec brachia movere, contractisque sterni musculis, nonnisi curvus atque intortus incederet. Quomodonam in tanta ruina eum nobis fingamus sacrosanctae Missae inservientem, Missale huc illuc deferentem, urceolos porrigentem, tintinnabulum pulsantem, nunc stantem, nunc genua flectentem, nunc assurgentem, nunc procumbentem, caeteraque agentem, quae facere debet, qui Missae inservit? Pronius est ut vel non adeo praecipitem credamus morbum, qualis dicitur, vel aegrotum seu naturae vi, seu ex remediis continue adhibitis, jam tum cum sanatus prodigiose praesumitur convaluisse, aut multa saltem ex parte se melius habuisse.

17 Ad haec sed tamen duo occurrunt, quae pro veritate advertenda sunt. Primum nullam inesse dubitationem, nec de secundo extremo perfectae sanationis, neo de medio invocationis Beati Alphonsi, quarum utrumque certis constat legitimis probationibus. Alterum exsurgit ex nova recognitione cicatricis in sterno sanati nuper superiori Anno peracta in Urbe a Peritis vigore Decreti SSmi diei 9. Januarii 1828. rite electis, ac ex eorumdem Peritorum juridica relatione, de qua in *Summ. pag.* 84. *in fin. et seq.* Exinde enim certam habemus cariem = *senza timore d'andare errato* (ita alter ex iis Peritis pag. 86. et seqq.) *trovo che, oltre la mancanza della sostanza questa fistola non solamente dovesse essere in ragione diretta, ma bensì sinuosa, e cunicolosa, prodotta da un seno formatovi dalla prima apertura fattasi nello sterno, ma che dovette inoltre aprirsi altre vie, formare altri cunicoli, ed andare tanto oltre, che produsse la CARIE NELL' OSSEA SOSTANZA sul lembo dello sterno, e principio della adjacente costa, e coll' esperienza del tatto, CHE NON PUO' FALLIRE ho compreso, e la mancanza della sostanza, ed una certa scabrosità ed ineguaglianza, che prova EVIDENTEMENTE la distruzione dell' ossea sostanza* = Consonat Peritus alter pag. 85. per tot. Consonatque id quod ajebat Sanatus = *Esperimento una certa cavità, che mi è rimasta nella parte, la quale mi indica il mancamento dell' osso* = *Summ. pag.* 64. §. 391. Satis haec fuerit pro muneris officio exposuisse.

Quae dicta sint sub censura etc., salvo etc.

V. Pescetelli S. Fidei Promotor.

Digitized by Google

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

RESPONSIO

AD NOVAS

ANIMADVERSIONES

R. P. PROMOTORIS FIDEI

SUPER DUBIO

An, et de quibus miraculis constet in casu, et ad effectum, de quo agitur?

BEATISSIME PATER

Quamquam Sanctus quisque Virtutum fama meritisque a Sancto differat, quemadmodum stella differt a stella; Virtutum tamen B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO, ejusque Sanctitatis odore adeo Dei Domus impleta est, ut ejus fama non se vicinarum regionum ac Provinciarum finibus continuerit, sed solis instar omnia simul in ortu sua luce complentis, ad remotissimas Gentes, et posita in ipsis Christianæ ditionis finibus Regna admirabili celeritate penetraverit. Nulla est enim hominum natio, nullæque a nobis, licet locorum intervallo disjunctissimæ Gentes, quæ erga hunc Sacrum Antistitem, scri-

ptis suis cœlesti pietate refertis ubique notum, peculiaris devotionis sensu non ferantur, ejusque præsidium non implorent. Nec frustra. Fervidos enim hos Populorum sensus Deus ipse per Prodigia ad ejus invocatum nomen honestat sibique maxime gratos ostendit. Plurima siquidem sunt eorum attestationes e vicinis non modo regionibus, verum etiam ex aliis, quibus Christianorum terminatur imperium, ad nos quotidie delatæ. Præ ceteris vero *Galliarum* incolæ non vice simplici se potentem apud Deum B. Alphonsi opem expertos profitentur. Ad majorem hujusce Beati gloriam, et Catholicæ Religionis decus pertinere arbitror ea summatim referre.

2. Ad Aquas Sextias, in Civitate nimirum *Aquensi* mulier *Maria Agnes Bastide* exeunte Junio 1818. Ischuria Calculisque affecta per quadraginta duos solidos dies vehementissimis renum doloribus, et inferiorum artuum attractione cruciata inter juges gemitus sæpe linquebat animo. Impos propterea ad sistendum in pedes cibumque sumendum imo ventre intumuit, et ad finem vertente Julio conclamata ejus vita fuit. Die secunda Augusti, in quam incidit festum B. Alphonsi de Ligorio celebratum in Aquensi Missionariorum Templo, ejus opem fervide e suo lecto invocavit. Illam sub vesperas Confessarius moribundam inveniens eidem suggerit a B. Alphonso valetudinem implorandam; cui mulier ne respondere quidem potuit eum jam invocasse. Exhibet deinde is osculandam Christi Crucifixi imaginem quam tamen illa prostrata omnino viribus ori admovere non potuit. Vix Beati Imagine ægrotæ corpori superimposita internum quemdam ipsa fremitum sentit, revivescit extemplo, extendit attracta crura, evanescunt momento dolores, redintegrantur vires, detumescit sine crysi venter, seque sanam mulier affirmans, surgendi veniam a Confessario petiit, quam ille tunc denegavit ut certior de miraculo fieret. Postera tamen die, quæ fuit quarta Augusti idem Confessarius cum mulieri in accepta sanitate perseveranti, divini Redemptoris verbis usus ad Paralyticum, jusserit = *surge*, *et ambula* = vix eo e cubiculo egresso, quæ paulo ante cadaverica virium destitutione ne brachia quidem attollere, neque attractis cruribus uti valebat, illico per sese surrexit e lecto; recusatoque alieno famulatu alacer, et expedita per superiores inferioresque suarum ædium contignationes ambulavit, genubus flexis benefactori suo fervidas grates reddidit, solidumque cibum sapide sumpsit. Postridie vero ad Missionis Templum se conferens, sumpta Sacra Synaxi ad Beati aram Missæ Sacrificio interfuit, omnibusque obstupescentibus domum reversa in obtenta valetudine jugiter perseveravit.

3. In eadem Civitate Aquensi Virgo *Clarissa Boyer* annorum 20. Gastritidem et stomachi obstructionem per annum et amplius passa frequenti vomitu atque deliquio identidem abstrahebatur a sensibus, tantoque afficiebatur dolore ut ne lintei quidem contactum stomacho substinere valeret. Publici Nosocomii Chirurgus tristissimam prognosim fecit, brevi ne aquæ quidem guttulam retenturam proindeque certo morituram. Per extremos

ian-

eindem menses duos prostratis omnino viribus in pedes amplius se sistere nequivit, et crebris vomitionibus crebriora deliquia succedebant. Medici tres morbum insanabilem pronunciant, propterea quod tam hirundines, quam cucurbitulæ stomacho applicitæ inutiles evaserant. Ineunte Aprile anni 1827. sacris omnibus extremis ad æternitatem munitur; die autem octava ejusdem mensis ad mortis limen adductæ Sacer Minister preces commendationis animæ recitat; et die duodecima ejusdem mensis dum jam in agone exitus sui anxiebatur anima eidem Apostolicam benedictionem *in mortis articulo* concessam impertitus est.

4. Nondum cuiquam in mentem venerat pro morientis valetudine Deum deprecari; cum improviso alter ex adstantibus Presbyteris conversis in cœlum oculis elevatisque manibus B. Alphonsi de Ligorio opem implorat exclamans = *gran Santo che avete fatto tanti miracoli, per la gloria di Dio date la vita a questa giovane* = Mirabile dictu! Vix hæc ille pronunciaverat, Virgo in agone posita fricatis oculis eos reserat, potum petit, se sanam inclamat, cadavericus vultus color in rubicundum immutatur, eaque e lectulo surgere tentat. Statim accitus Medicus, qui eam jam mortuam opinabatur, præ stupore illacrymans Dei omnipotentiam extollit, atque ut certior de miraculo fiat, solidum cibum Sanatæ exhibendum jubet, quem illa sapide comedit, firmiter retinet, et quæ per plures menses ne aquæ guttulam retinuerat, neque lintei contactum substinuerat, palmis stomachum verberat, et tranquillo postmodum correpta somno per totam eam noctem placide dormit. Sequenti mane prosiliit e lectulo, jucunda saltat, perque totam diem ad domus usque fores eos comitatur qui confertim gratulabundi ad eam convenere. Postridie domo egressa inter Populi plausus se contulit ad Templum. Interea ejusdem Sanatæ Patruus sive Avunculus eam jam mortuam ratus e Civitate *Lambesc* ad Aquensem se contulit ut parentes consolaretur. Ibi quum esset audiens Miraculo eam fuisse sanatam, citato gressu ad ejus domum cucurrit. Nondum tamen eo pervenerat cum Sanata Adolescentula eidem se obviam dedit, quam ut ille vidit redivivam deliquio correptus est, et ad sensus deinde revocatus Deo pro renata nepte millenas rependere grates non cessavit; quemadmodum constat *ex Epistolis* Emo, et Rmo D. Cardinali Relatori traditis.

5. Etsi vero dicturo mihi de binis Miraculis, quæ in Judicium veniunt, de aliis silendum sit; illud nihilominus, ceteris missis, memoratu dignum videtur, quod ex eodem *Galliarum* Regno, non tam ad Causæ Postulatorem, quam ad ipsum Summum Pontificem sa. me. *Leonem XII*, paulo ante ejus obitum Sacer *Massiliensium* Antistes pro suo Pastorali munere retulit. Tanti enim faciendæ sunt Episcoporum Informationes de Miraculis ad Apostolicam Sedem motu proprio, et ex munere missæ, ut eædem *tamquam Jura Canonizationis pro legitimis probationibus inserviant*; ceu totidem verbis scribit Pignattellus *Tom. 1. Consult. 214.*, et Benedictus XIV. in Decreto super

 Mi-

Miraculis S. Jo. Franciscæ Fremiot de Chantal *Oper. tom. 6. append. 2. super Miracul. edit. Rom. pag.* 478. = Illud autem est hujusmodi.

6. *Elisabetha Fluchaire* annorum 22. Massiliensis Virgo, quanto fortunæ bonis destituta, tanto christiana pietate, et virgineo pudore prædita, cum anno 1824. inducta fuisset in Testem ad deponendum de furto in loco sacro patrato, ubi eadem versabatur, adeo præ verecundia territa est, ut sibi extemplo suppressa cathamenia remanserint. Hinc vivus in sinistro pectoris latere dolor, et costarum tumor; profunda tussis; copiosa Emophthysis, sive crebra sanguinis evomitio; anhelitus et suffocatio; calor aridltasque cutis; febriles pulsus; omniaque *Pleuropneumoniæ* symptomata.

7. Tertio jam mense cum morbus pharmacis potior increvisset, in publicum Nosocomium misella se contulit. Diligenti ibidem curatione datum quidem fuit tantisper lethalia symptomata compescere, clariora tamen sese in apertum dedere læsi pulmonis signa, atque inflammatoria febris chronica evasit, et quotidiana. Sed et ipsa symptomata etsi per aliquam dieculam remitterent, brevi ferocius, acerbiusque invadebant. Cibi fastidium, vomitus, et imi ventris dolorosa obstructio ad cæteras miserias accessere. Fere biennium has inter ærumnas vitam traxerat in Nosocomio, cum mense Martio anni 1826. sese in quamdam domum se transferri voluit ægrota. Ibi vero lethalia succrevere symptomata; totius nimirum corporis consumptio, vultus palliditas, tegumentorum flacciditas, et ariditas, respirandi maxima difficultas, crebriores cruentæ evomitiones, vividior lateralis dolor, retinendi cibi impossibilitas, imi ventris tumefactio, imminens *Leucophlegmagia*, atque Cachexis, ipsaque pulsus exilitas. Applicita sæpius ad brachia humerosque vessicatoria, præter vulnera misellæ inflicta, valuere præterea nihil.

8. Ad *tertium annum* adulto jam morbo infelix Virgo a Medicis jam conclamata cum prodigium audisset a B. Alphonso patratum in sua Civitate Aquensi favore alius adolescentulæ, ejus opem invocandam decrevit. Sui itaque moderatoris consilio novendiales preces ejus in honorem instituit, ut sibi felicem exitum, vel sanitatem juxta Dei placitum obtineret. Infra vero eas preces morbus in deterius abiit.

9. Sexto Novendii die sibi per somnium visa est videre B. Alphonsum tres ei exhibentem speciosos flosculos, qui improviso languentes arescebant, et resolvebantur in pulverem; sed extemplo novum vidit viridumque caulem tres alios emittentem flosculos prioribus multo vivaciores, multoque pulchriores; quæ visio ægrotæ menti bonum indidit omen deperditæ recuperandæ valetudinis. Nihilo tamen secius morbus properabat ad mortem, quam ipsa sibi ægrota nil tale opinans acceleravit. Postremo nimirum novendialium die cum sola foret, et sine arbitris, tentavit e lectulo surgere; prostrata tamen ut viribus erat, deliquio correpta præceps in terram cecidit, ubi orbata sensibus per duas fere horas remansit. Ab humo tandem sublata novam

et so-

et solito copiosiorem cruentam evomitionem passa, Medici sententia ad extremum vitæ spiritum pervenia declaratur. Singula revera præsentis mortis indicia apparuerant, extremitatum frigus, gelidus membrorum sudor, et deperditus ipse intellectualis et visivæ facultatis usus. Ita per noctem cum morte luctaverat, cum sequenti die octava Septembris et Novemdialium ultima, extemplo Elisabetha revocatur ad sensus, et modo quo potuit nutibusque ab Adstantibus enixe postulat ut B. Alphonsum pro se deprecarentur. Singuli ejus votis annuunt, quorum precibus suas et ipsa intimo corde ingeminat. Vix invocatione peracta sibi momento restitutas vires experta est, omniaque et singula morborum symptomata omnino cessata, unaque exiccata vulnera suo corpori illata. Prosiliit statim e lectulo, omnibus qui aderant obstupescentibus, et in genua provoluta per integram fere horam debitas Deo, suoque Famulo Alphonso de Ligorio multas fervidasque grates rependit. Avide cibum petiit sapideque comedit, et antea ad ipsam retinendam aquæ guttulam impos, solidum cibum perfecte retinuit. Nec satis: Sua e domo egredi item voluit, ut toti viciniæ Miraculum patefaceret, quæ ut mortuam vivam vidit præ stupore clamores ad sydera misit. Accitus Curæ Professor, tentamine facto, eam perfecte sanam pronunciat; declaravitque solemniter die 8. Februarii 1828., mense a Miraculo quinto, hujusmodi sanationem præter omnes naturæ vires fuisse operatam. A die vero *octava Septembris anni* 1828., quo Miraculum accidit, inde usque Sanata ne ullum quidem morborum vestigium passa, robusta semper valetudine usa est. Hæc Masiliensium Episcopus ad Summum Pontificem; *penes acta SS. Rituum.*

10. Hactenus de Miraculis operatis in Galliis; nunc de binis illis, quæ ex plurimis in Italia patratis ad novam trutinam revocantur. Ea autem quæ jam in Antepræparatoriis Comitiis Sapientissimis Patribus splendidissima visa sunt, multo nunc splendidiora, atque clariora redeunt, postquam bini salutaris artis Magistri ex celebrioribus Urbis, juxta *Ven. Innocentii XI.* decreta, de sententia pro veritate rogati ab Emo, et Rmo *D. Cardinali Odescalcho* Causæ Relatore, omnigena virtute magis quam genere, et Vaticana Purpura claro, jurati affirmarunt unumquodque Miraculum non unum, sed plura exhibere Miracula. Sit itaque.

MI-

MIRACULUM I.

Subitæ perfectæque Sanationis Antoniæ Tarzia gravi pondere in præcipiti lapsu oppressæ a lethali Abdominis contusione, Intestinorum læsione, Femorisque dexteri luxatione, B. Alphonso de Ligorio apparente, viribusque illico restitutis.

11 Non unum sed multiplicem morbum hujusce Miraculi argumentum præbere vel ingenuus ipse Censor pro sua doctrina novit, lethalem nimirum Abdominis contusionem Intestinorum læsionem, Femorisque dexteri luxationem, quæ singula per sese arduum Miraculi subjectum exhibent. = *Animad.* §.2. = Quale nam ergo consilium amplissimo Viro capiendum supererat ne muneri suo deesset? Non aliud certe quam levissimas excitare difficultates; quemadmodum advertit Benedictus XIV. *Lib.* 1. *Cap.* 18. *num.* 1. *in fin.* = ibi = *Contigit ut fuerint excitatæ DIFFICULTATES a Fidei Promotoribus aliquando LEVISSIMÆ EX DEFECTU MATERIÆ ne muneri suo deesse viderentur.* Atque in concreto casu confirmat Excell. Archiater *Paggiolius* dum de censuris ab Amplissimo Fidei Promotore excitatis scribit in suo Voto §. 34 = *Puto equidem quod Sapientissimus Vir difficultates proposuerit, non quidem obiiciendi animo, sed ut Censoris munus expleret. Nemo enim, nisi cæcus, in meridiana luce non videt.*

ANIMAD. §. 2. 12 Quid revera levius quam quod oculatos Testes *viginti tres*, si excipias Curæ Medicum, aut etiam Chirurgum, utpote imperitos audiendos quidem esse de lapsu deque externis signis, non vero de internis morbis, de Abdominis scilicet contusione, de interna læsione viscerum, deque Femoris luxatione, ita ut Judicis arbitrio sit nullam, aut non plenam eisdem præstandam fidem? = *Animad. cit.* §. 2. =

13 Verum non modo levis hujusmodi objectio est, sed ipsis etiam Juris Criticesque regulis omnino repugnans. Novum enim est et ante hunc diem inauditum Testes induci ad deponendum de morborum indole et qualitate, et ad ferendum de eisdem judicium. Inducuntur siquidem ad probanda externa symptomata, læsasque corporis functiones, a quibus interni morbi, eorumque diagnosis et gravitas pendent perfecteque noscuntur; ceu jamdiu docuit Medicinæ Parens Hyppocrates lib. de Art. apud Heister. *Introduct. ad Institut. Chirurg.* §.52. = ibi = *Quæcumque oculorum conspectum effugiunt ea mentis oculis obtinentur et superantur.* = Et ad rem Vater in Dissert. de Febr. lenta Thesi 4. = *Quando quidem morbis VISCERUM ET PARTIUM PROFUNDIUS SITARUM LÆSIONES potissimum EX SYMPTOMATIBUS, SEU ACTIONIBUS LÆSIS COGNOSCIMUS; Ex his quoque tum de parte affecta, tum DE LÆ-*

LÆSIONIS GRAVITATE, adeoque DE PERICULO IMMINENTE certiores reddimur. Etenim quo graviora quæcumque morbum comitantur symptomata, EO GRAVIOR supponitur LÆSIO ORGANORUM, a quibus ista perficiuntur et proinde quoque MAJUS ERIT PERICULUM IMMINENS; = Sauvagesius *in Prolegom. ad Nosolog.* §. 65. 73. *et* 182. = *Diagnosis morborum EX SYMPTOMATUM cognitione dependet* = Et §. 351. = *Evidens est EX SYMPTOMATIBUS MORBORUM CARACTERES esse deducendos*. Et Swietenus *ad Aphor.* 27. §. 1. = *Diagnosis fundamentum est cognitio morbi in sua natura EX EFFECTIBUS PRAESENTIBUS qui si sensibus patent per illos observantur*. Et ad Aphor. 800. = *OBSERVATA LAESIONE FUNCTIONUM illarum quas in sanitate perficiebant partes nunc affectæ*.

14 His in logica reque medica constabilitis nil reliquum a Testibus requiritur, quam ut factum, circumstantias, et externa symptomata exponant; judicium vero an ex iis morbus ejusque qualitas arguatur ad Apostolicam Sedem reservatur; juxta tritissimam Juris regulam traditam a Benedicto XIV. *lib.* 4. *Cap.* 49. *num.* 5. = ibi = *Quando agitur de Miraculis in specie factum individuum cum omnibus suis circumstantiis a Teste exponitur; AD SEDEM autem APOSTOLICAM PERTINET ferre JUDICIUM an et quomodo Factum excedat vires naturæ; hincque infertur superfluum esse Interrogatorium, et SUPERFLUAM quoque futuram esse Testis RESPONSIONEM SUPER QUIDDITATE MIRACULI*. = Et prius lib. 3. Cap. 6. num. 6. = *Attestationes non recipiuntur ut Judicium ferant* (Testes) *de excessu Facti supra naturæ vires; recipiuntur dumtaxat ut actum et Factum exponant cum suis circumstantiis*.

15 Cum vero Testes symptomata DE VISU deponunt, non Judicis quidem arbitrio decernendum relinquitur an ullam vel plenam ii sibi fidem vindicent = *Animad. cit.* §. 2. = sed plenam suo jure merentur, qui sensu visus decipi omnino nequeunt; *Leg. Solum in Princip. Cod. de Test.* Baldus *ibid.* Rota in Recent. *decis.* 389. *num.* 13 *part.* 5. *tom.* 1. = ibi = *Probatur per Testes rationem concludentem asserentes QUIA VIDERUNT etc. qui cum sint legitimæ ætatis bene concludunt hanc partem PER VISUM CUM SIT SENSUS QUI NON POTEST IN TESTE DECIPI* = Et ad rem nostram Benedictus XIV. *lib.* 3. *Cap.* 1. *num* 1. *et* 2. = ibi = *Oculatorum testificatio rem facit PHYSICE EVIDENTEM TESTIBUS qui viderunt, et insimul facit moraliter IN SUMMO GRADU EVIDENTEM JUDICIBUS qui non viderunt*.

16 Morbi autem diagnosim et indolem a Medicis præsertim qui curarunt infirmum Apostolica Sedes primum noscere et repetere solet; uti docere pergit laudatus Pontifex *cit. lib.* 3. *Cap.* 7. *numer.* 8. = ibi = *Sermo est de Medicis qui infirmum curarunt, qui dicitur per Miraculum consequutus fuisse sanitatem etc. STATUS MORBI EX EORUM TESTIMONIO DIGNOSCITUR*. Si porro concedis Curæ Medicum et Chirurgum posse de internis morbis ex Artis regulis judicare = *Animad. cit.* §. 2. =

res. est in vado; illudque concedis quod ad Miraculi probationem pertinet. Tanta vero prudentia Apostolica Sedes in ferendo de Miraculis judicio procedit, ut non uno contenta judicio Medicorum, qui ægroti a curatione fuere, suos item in Urbe Peritos eligit, qui ponderatis momentis ab eisdem Medicis relatis, sancta Jurisjurandi religione adstricti de morbi indole et gravitate suum judicium referant; ut in more est, atque tradit Lambertinius *lib. 4. Cap. 8. num. 4.* = ibi = *Cumque nonnulli Medicorum ad ægrotantis curam advocentur . . . alii vero a Sacra Congregatione deputentur qui interposito juramento scriptis exponant quid pro veritate sentiant, AD HOS PRAECIPUE SPECTAT rationes ab aliis allatas sedulo ponderare, eorum momenta sedulo examini subjicere, et causas, et symptomata morbi ab ægroti Medicis relata ad trutinam revocare.* = Et num. 5. = *Apud Sacram quippe Congregationem IPSORUM JUDICIUM PLURIS EXPIMATUR quam aliorum etc. qui curationi ægrotantis operam praestiterunt.* Itaque cum jam Excell. Archiater *Poggioli* ab hac Sacra Congregatione electus pro veritate affirmet in suo Voto §.33 = *Nonnisi scepticus dubitabit quin instantanea Sanatio quam Antonia Tarzia, invocato B. Alphonsi Patrocinio obtinuit DUPLEX MIRACULUM includat* = propterea quod constare demonstravit, tam de lethali Abdominis contusione, atque Intestinorum lesione, quam de Femoris luxatione *in cit. suo Voto §.9 ad 14.*, nullus remanet amplius de hac re disceptandi locus.

ANIMAD. §.3. 17 Neque plenam quam Testes sibi vindicant fidem minuit vel infirmat eisdem Testibus impicta simplicitas: Non minuit, inquam, Sanatæ fidem, quod licet dixerit: *Io svenni e mezza morta nella caduta*, narret tamen id accidisse *presente detto mio Marito, ed Anna Masceri mia Vicina, qui così a stento mi posero nel letto tutta sconquassata, che appena mi ricordo*, perinde ac si narret quasi videns quæ videre non potuit = *Animad.* §.3. = Non enim deliquium impedit quominus Viri, et Vicinæ præsentiam scire potuerit. A Viro enim mandatum acceperat frumenti sarcinam in superiorem contignationem adsportandi, uti narrat idem Vir *Sum. pag. 25. §.155.* = ibi = *Inquietato verso la Moglie Antonia Tarzia sgridandola che non aveva portato il grano nel sospigno, ella all' istante obbedendo etc. AJUTATA DA ME SE LO CARICA ADDOSSO, e sale per una scaletta mobile, quale alzando il piede per metterlo nel suspigno oppressa dal peso venne a cadere a terra a guisa di una pietra da molino etc.* = Et confirmat Sanata *Sum. pag. 2. in fin. et seq.* = ibi = *MIO MARITO Emanuele Fazzari portò dalla Campagna a Casa un carico di grano, MI DIEDE L' ORDINE di prendere una porzione che fù circa tre quarti di tumulo che posi in un sacco per portarlo sopra di un suspigno, lo presi infatti ME NE CARICAI, e salendo etc.* Ejus item Vicina *Anna Masceri* præsens aderat in Sanatæ cubiculo cum se sarcina illa gravavit, ad superiorem contignationem ascendit, atque inde in substratam humum præcipitanter cecidit; ut ipsa narrat *Sum. pag. 23. §.135. et seq.* = ibi = *TRO-*

TROVANDOMI NELLA SUA CASETTA Antonia prese un sacco col grano per salirlo nel suffitto salendo per una scala mobile, QUANDO ALL' IMPROVISO CADDE di botto a terra col peso del grano sul petto, e gridò: sono morta, sono morta, *troncando la voce e non potendo più parlare*.

18 Ex his patet Sanatam antequam e superiori contignatione ruere, et in deliquium incidere scivisse præsentes esse lapsui tum Virum, tum præfatam vicinam Masceri. Immerito propterea objicitur dum eorum præsentiam retulit da narrasse, quæ videre nequiverat; multoque magis quod ipso in lapsu eorum petiit auxilium, *gridò*: *sono morta, sono morta*; et tunc ait ejus Vir cit pag. 25. §. 155. = *Io ed una vicina chiamata Anna Masceri, che trovavasi in mia casa ec. accorressimo al momento*; et confirmat eadem Anna cit. pag. 23 §. 135. = *Accorsi subito a sollevarla ec. insieme con suo marito, a stento la posimo sul letto alla supina*. Vix autem lectulo collocata ita ad sensus reversa est, ut mulieri *Laurae Morescolo* infortunium suum narrare potuerit *Summ. pag.* 37 §. 233. = ibi = *Io al rumore accorsi, e già l'AVEVANO CORICATA SUL LETTO alla supina: LE DOMANDAI come avvenne la disgrazia, e che si sentiva, MI RISPOSE ELLA che era caduta dalla scala e tutta sfinita e recorcata pel colpo che diede*. Quin ergo simplicitatem impingas narranti sui Viri et vicinæ præsentiam immediate ante lapsum et ipso in lapsu, ubi bene cognitam, Ejus potius religionem commenda, quæ ob passum deliquium narrationem suam dubitantis instar concludit; inquiens CHE APPENA MI RICORDO; penes *Animad.* §. 3.

19 Atque hic ad rem doctus Peritus scribit in *suo Voto* §. 36. = ibi = Esto quod sensibus aliquantisper restituta infelix mulier languida maritum atque amicam cognoverit, quid inde tamen sequitur contra gravissimam abdominis contusionem, et contra femoris luxationem? Hi sunt duo morbi qui Miraculi subjectum constituunt. Nihil vero istorum morborum gravitatem imminuit quod cerebrum ita læsum non fuerit ut irreparabilem sensuum abolitionem produceret. Morbi sedem non in capite, sed in abdomine posuimus. Ergo Censor canit extra chorum. Mirum sane non est, quod in præcipiti corporis lapsu una potius corporis pars quam alia lædatur. Nil ergo afficit quod in casu de quo agitur capiti mulieris maximum detrimentum non evenerit; maximum e contra abdomini contigerit. Certe si saccus tritico plenus non in abdomen sed in caput impegisset, multo deterior capitis conditio fuisset, quam abdominis. =

20 Quid vero mirum fere omnes Testes præcipitem lapsum et hunc veluti graphice descripsisse e scala cum sacco frumenti, licet præter Virum et vicinam nemo alius ex Testibus præsens adfuerit? *Animad.* §. 3. = Anne auriti Testes describere nequeunt, quæ ab oculatis audierunt? Haud multis opus erat, ut narrarent præcipitem mulieris lapsum e scala cum sacco frumenti. Idque præsertim quia iidem Testes utpote ex Sana-

ANIMAD. §. 3.

tæ

tæ vicinia statim, et eo ipso momento, quo mulier cecidit lapsum resciere, qui ad eam opitulandam, vel commiserandam ex auditis clamoribus ipsoque audito lapsus crepitu excitati occurrerunt; uti præ ceteris narrant Testis VII. Summ. pag. 15. §. 89. = *ALLE GRIDA avvenute nella sua Casetta ACCORSI ec, e presone conto mi dissero la disgrazia avvenuta* = Testis VIII. Summ. pag. 17. §. 95. = *Antonia Tarzia ec. abitava contigua alla mia casa non dividendola che il muro intermedio INTESI SUBITO LA CADUTA che fece in atto che saliva al soffitto portando un sacco di grano ec.* = Testis XVIII. Summ. pag. 35. §. 218. = *Mi costa perchè abitando Antonia sotto la mia Casa ove io allora abitava AL RUMORE CHE FECE NELLA CADUTA, ed al concorso della gente che venne al caso disgraziato per prestargli ajuto ec. ne chiesi conto, e mi raccontarono l'accaduto.*

21 Eamdem scientiæ causam de auditu a videntibus statim a lapsu, utpote vicini, cæteri Testes afferunt; scilicet Testis IV. Sum. pag. 11. init. = *In occasione che la casa ove allora abitava Antonia Tarzia era contigua alla mia, dividendola un semplice muro, intesi ec.* Testis VI. Summ. pag. 13 §. 79. = *Abitando costei in una casa contigua alla mia propria ove abito, intesi ec.* = IX. Testis Summ. pag. 18. § 108. = *Intesi per bocca della Madre, che Antonia Tarzia ec.* = X. Testis Sum. pag. 19. init. = *Essendo vicina di casa di Antonia Tarzia, intesi ec.* = XI. Testis Sum. pag. 20. init. = *Ritrovandomi di quel tempo vicina di casa a quella di Antonia Tarzia, intesi ec.* = XII. Testis Sum. pag. 21. §. 121. = *Abitando vicino alla mia casa Antonia Tarzia, intesi ec.* = XV. Testis Summ pag. 28. §. 170. = *Subito mi portai in casa, e mi raccontò la disgrazia avvenuta* = XIX. Testis Sum. pag 36. §. 226. = *Abitava la medesima vicino alla mia casa quando un giorno dopo pranzo intesi ec.* = XX. Testis Summ. pag. 37. §. 233. = *Io mi trovavo vicina di casa di Antonia Tarzia quando un giorno intesi che era caduta in occasione che salendo ella con un sacco ec. Io al rumore accorsi, e già l'avevano coricata sul letto alla supina* = XXI. Testis Sum. pag. 39. §. 241. = *Come Emanuele Fazzari* (Sinatæ Vir) *è mio Colono ec. così ho saputo la disgrazia avvenutale* = XXII. Testis Sum. pag. 40. §. 245. = *Essendo vicino alla casetta ove ella abitava il palazzo della mia abitazione, intesi ec.*

22 Quod si vel una vicinitas optimum præbet Testibus scientiæ causam, uti docet Bartolus *in Tract. de Test. num.* 14. = ibi = *Testis causæ scientiam reddit QUIA VICINUS et consanguineus est ec. dicebam STANDUM ESSE. Sufficit enim sensum exprimere vel aliquid per quod secundum communiter accidentia per sensum habeatur notitia* = Et Monticell. *de Test. Rubric. vers.* 8. = ibi = *Testis si deponat non immediate per sensum, sed per tale per quod PRÆSUMPTIONE JURIS devenitur ad sensum corporeum valet ejus dictum* = Bajard. *ad* Clar. *lib.* 5. §. *Fin. quæst.* 55. *num* 45. = aliique *DD.* = Multo magis plenam sibi vindicant fidem Testes in nostro rerum thematte quia *de lapsu* non ex sola vicinitate deponunt, sed de

de auditu immediate a videntibus in ipso lapsus momento, ideoque circumstantias ab eisdem acceptas narrare facile potuerunt in actis. De lapsu, inquam, tantum. Nam morborum symptomata ad mulieris domum statim accurrentes propriis met oculis percepere.

23 Mirum autem quantam Testibus fidem augeat quod solerter ab Animadversione exagerationi tribuitur, atque inter ipsa occulta naturæ miracula adscribitur = *Animad cit.* §. 3 = in tanta ruina non fracturam, non externum vulnus, non effusam sanguinis guttam aut incisuram corpori intervenisse. Nemo id certe mirabitur qui ad medicæ artis regulas morborum species investigatur. Docent quippe salutaris artis magistri in universali contusione quæ fit a lapsu ex alto nullam dari posse externam in corpore fracturam. Est enim contusio carnosi textus infra cutem ruptio, quæ ex interna vasorum contritione *echymoma* infert, et cutem haud solvens vel rumpens, tetro tantum colore deturpat. Ita

24 Cl. Sauvagesius *Nosolog. Class.* 1. §. *LXVI. num.* 1. = ibi = *CONTUSIO UNIVERSALIS ea est quæ fit A LAPSU EX ALTO a ruina domus vel minere corpus obstruentis A MAGNIS PONDERIBUS MOLLIBUS ex alto corpus obstruentibus* = Et §. 2. = *PERICULOSIOR EST quæ epigastrio, abdomini infertur, quæ pectori etiamsi NULLA FRACTURA ILLATA sit; rumpuntur enim quandoque vasa sanguinem intus fundentia* = Et paulo ante = *Contusio est textus carnosi potissimum INFRA CUTEM ruptio per minima puncta et vasorum contritio echymoma sæpius inferens. Fit a corporibus obtusis partes molles cum impetu ferientibus quæ licet CUTIM utpote TENUISSIMAM SOLVERE NON VALENTES carnium subjectarum molliorum textum lacerant et destruunt; unde effusio cruoris IN TEXTU CELLULARI dolores obtusi inflammationes systrophicæ suppurationes aut cangrenæ.*

25. Heisterus Instit. Chirurg *Part.* 1. *lib* 1. *Cap.* 15. *de Contusion. num.* 2. = ibi = *Quod mirum videri poterat quædam contusiones ita comparatæ sunt, ut INTEGRIS PARTIBUS EXTERNIS interiores graviter admodum affectæ sint atque perruptæ. Experientia enim pridem docuit posse quandoque homines in capite, PECTORE, AC VENTRE etc. interdum ITA PERCUTI UT QUAMCITISSIME EXPIRENT LICET EXTERNE quandoque NULLUM VESTIGIUM APPAREAT,* = Et num. 3. = *Contusiones contingant necesse est quoties corporis nostri membra etc constringuntur vel comprimuntur.* = Et num. 4. = *Quoties in exterioribus contusionibus CUTIS INTEGRA REMANSIT, hærens subter illam sanguis stagnans concrescet sugillationem aliquam movet, sive quod perinde est, ruborem, liverem, nigrore nque in exteriore cute, excitat. Unde gravia plerumque mala ossium quæ siquæ forte juxta sunt, caries ruboriuntur.* = Et num. 8. = *Partium internarum contusio mirum quantum periculosa plerumque est, atque hoc magis SEMPER LETHIFERA, quo gravior contusio quoque major partium contusarum nobilitas et ad vitam necessitas.*

 26 Boer-

26. Boerrhavius *ad Aphor.* 324. de Contusione docet = *Pessimum vero si IN TEGUMENTIS COERENTIBUS interiora sic offecta ut liquida stagnent.*

27. Swietenus ad cit. Aphor 324. = *CUTIS tenax et valida coherens NON TAM FACILE obtuso instrumento RUMPITUR; Vasa cuti subposita per panniculum adiposum decurrentia longe teneriora sunt et facilius franguntur. Sic si quis malleo digitum percusserit cutis manebit plerumque integra, et tamen macula nigra ab effuso fractis vasis sub INTEGRA CUTE sanguine, locum contusum deturpat etc. Sed humores sic ruptis vasis effusi INTEGRA CUTE coerciti in membrana cellulosa accumulantur* = Et ad Aphor. 329. = ibi = *Cum sub CUTE plerumque INTEGRA colligatur effusus sanguis mutatur color partis contusæ pro varia quantitate effusi cruoris.*

28. His adheret Peritus *in suo Voto* §. 39. = ibi = In præcipiti corporis lapsu *modo* luxatio, *modo* vulnus, *modo* so a gravis contusio; neque ratio sufficiens est ob quam exclusive fractura accidere debeat aut vulnus. Præcipitem Infirmæ nostræ lapsum sequuta est femoris luxatio, et eorum abdominis contusio, quæ duo etc insimul unita morbum *lethalem* atque INSANABILEM efficiunt.

29. Jocari certe Animadversio videtur dum ait morbum omnemque ejus vim quæ cognosci visu potuerit, ad solum redire d liquium, quod spiritibus seu sponte cessato paroxysmate, seu arte scilicet odoramentis, juxta Lemnium naturaliter evanescit. = *Animad cit* §. 3. = Ipsa quippe causa scilicet lapsus ab alto magno cum pondere molle mulieris corpus cum impetu in dura humo obstruente, ac collidente lethalem per sese abdominis contusionem portendit, docente Benedicto XIV. *lib.* 4. *part* 1. *Cap.* 22. *num.* 14. = quod = *Nec præsumptio est, sed PHYSICA NECESSITAS UT MATERIA FRAGILIS IMPETU COLLISA CUM DURA, et valida, materia fragilis A DURA ET SOLIDA FRANGATUR . . . . Præsumptio ortum habens a naturalibus causis et principiis, præsumptio est quæ facit CERTAM PROBATIONEM; præsumptio est quæ dicitur necessaria atque violenta, et quæ PROBATIONEM in CONTRARIUM NON ADMITTIT.* Et Bordonius de Mirac. *Medit.* 30. *num.* 9. = ibi = *IMPOSSIBILE EST quod animal ex sua natura grave et molle teneram habens carnem PRÆCIPITANTER CADENS EX ALTO NON LÆDATUR a corpore duro, cum durum non cedat levi et tenero, sed ILLUD INFRINGAT EX NATURA REI* = Et Andreas Spagnius de Mirac. tom 1. art. 8. num. 52. = *Præsumptio non est, sed PHYSICA CERTITUDO quod igne consumi debeat corpus quod in ejus medio sit, et COLLIDI DEBEAT HOMO QUI EX ALTO SUPRA DURUM SOLUM DECIDAT.*

30. Non quidem ex deliquio lethalem abdominis contusionem, intestinorum læsionem, femorisque luxationem probavimus, sed ex certis et a Medica Schola petitis, signis et symptomatibus, quorum syllabum exhibuimus *in Prima Resp. a pag.* 5. *ad* 17. nimirum § I. A lapsu ab alto cum pondere; *ibid. pag.* 5. 12.

II.

= II. A livido nigroque pectore, totoque abdomine eorumque tumiditate; *pag.* 8. §. 21. = III. A læsa intestinorum functione, qua ingestum cibum subito crudum, inconfectum, et in sua qualitate citius egerebat Ægrota per alvum quam in tubum manibus fuisset injectum; *pag* 9. §. 25. *ad* 27. = IV. Ex urinæ cruditate qua potum vix hausum subito prorsus inconcoctum frigidumque emittebat; *pag.* 12. § 28. = V. Ex subita lactis deperitione ob labefactatos lactiferos ductus, et impeditam sanguinis circulationem; *pag.* 12. *in fin. et seq.* §. 29. *et* 30. = VI. Ex febri ab interna viscerum inflammatione inducta; *pag.* 14. §. 32. = VII. Ex conclamata a Medico vita, ac Viatici, et Extremae Unctionis administratione; *pag.* 14. §. 33. = VIII. Ex frigido mortis sudore, anxietate, respirandique difficultate, aliorumque symptomatum incremento, quod proximam minitabantur mortem; *pag.* 15. § 34. = IX. Ex femoris demum luxatione nonnisi a validissima causa induci solita, et a Medico, Testibusque recognita; *pag.* 6. §. 14. *ad* 18. =

31. Si exagerasse dicas Testes cum deposuere quod Sanata *non teneva cibo alcuno* = Animad. *cit.* §. 3. *in fin.* = exagerarunt Medicinae proceres et Magistri cum ex illata intestinis laesione hujusmodi morbi genus oriri docuerunt, quod Greci *Lienteriam*, Latini cum Celso *Intestinorurum levitatem* appellant; apud eumdem Celsum *lib.* 4. *cap.* 16. = ibi = *LEVITAS INTESTINORUM QUA CONTINERE NIHIL POSSUNT, et quidquid assumptum est, inconfectum protinus reddunt.* = Svvietenus *ad Aphor* 719 §. *Frequens* = ibi = *In Lienteria CRUDA ET IMMUTATA ALIMENTA CITO PER ALVUM EXPELLUNTUR . . . In Lienteria alimenta prorsus cruda protinus ut assumpta sunt, alveo profeunt, tamque manifesta cruditate, ut alimenti sumpti genus operte cognoscatur.* = Sauvages. Nosolog. Method. *tom.* 2. *Class.* 9. §. *XVIII.* = ibi = *Lienteria Grece, levitas intestinorum Celsi* = Caracter = *ALIMENTA parum aut vix mutata, per alvum EJICIUNTUR, ET SIMUL STATIM A DEGLUTITIONE, vel parva interposita mora, dejectio excitatur.* = De administrato nihilominus Viatico = *Animad. cit.* §. 3. *in fin* = commodius infra.

32. Non mehercule exagerate dictum quod Mulier *non riteneva cibo* sapientissimo Perito videtur, sed pronum et Clynicis observationibus comprobatum, *in cit. Voto* §. 19. = Quoniam „ omnes corporis functiones pendent ab hydraulica ac dyna„ mica facultate, hinc utrisque laesis viribus dictae functio„ nes suspendi ac aboliri procul dubio debent . . . . Non „ erat igitur amplius sperandum quod hepar, bilem, pan„ creas salivalem humorem, ventriculus succum gastricum „ ordinario modo secernerent; neque *ergo* sperandum erat „ quod digestionis opus perficeretur cum dicta viscera para„ lysi affecta ac vitali vi fere destituta languerent.

33. Facio repugnat Consaeque tabulis Medicum a deliquio ejusque effectibus defusum gravem dixisse morbum, mortem pronunciasse proximam, nullumque seu de laesione viscerum, seu de

ANIMAD. §. 4.

de concussione abdominis signum et symptoma observasse = *Animad.* §. 4. = Uno enim ipso oculorum conjectu in Summarium suppositio haec evanescit.

34. Praesentem habuit is imprimis morbi causam a parentibus didicitam, scilicet *la caduta dal soffitto dall' altezza di palmi nove circa, ove saliva per mezzo di una scala mobile, affin di portare del grano della quantità di tre quarti di tomolo, del peso di rotoli quarantacinque circa, essendo caduta sul pavimento all' indosso, il grano le cadde sopra l' addome, avendola il peso compressa etc. La trovai al letto in un sito orizontale*; Sum. pag. 5. §. 20. = Quae quidem causa locus est in in Medica Schola universalis corporis contusionis arguendae, docente Sauvagesio *Nosolog. Class.* 1. §. *LXVI* § 1. = quod = *Contusio universalis ea est, quae fit A LAPSU EX ALTO etc. A MAGNIS PONDERIBUS mollibus EX ALTO corpus obstruentibus.*

35. Causa primum prudenter sciteque cognita ipsius morbi symptomata diligentissime investigavit, qui abdominis tentamine facto deponit Sum. cit. p 5. §. 21. = *Ritrovai l' Addome intero alterato nell' esterno, sensibile DOLORE NELLE VISCERE interne addominali in modo che nel semplice tatto la paziente soffriva delle grandi molestie.* Haec profecto sunt concussi contusique abdominis signa; docente Boerrhavio *ad Aphor.* 329. *Verb. Contusa* = quod = *Cognoscitur simulque detegitur affecta pars. I Conspectu, tactuque II. EFFECTU DOLORIS.*

36. Et quoniam abdominis contusio adeo gravis est ut mortem inferat; docente Gortero *Chirurg.* §. 1264. *num.* 8. = ibi = *Ventris contusiones saepe mortem intulere.* = Et Sauvagesio *Nosolog. Class.* 1. §. 65. = ibi = *Contusio PERICULOSIOR est, quae EPIGASTRIO ABDOMINI infertur, quae PECTORI ETIAM SI NULLA FRACTURA illata sit.* Et tandem Svvieteno *ad Aphor.* 321. *et seq.* = ibi = *Innumera apud Auctores occurrunt observata, a quibus constat VALIDIS CONTUSIONIBUS LÆSA fuisse VARIA VISCERA; ut inde MORS vel pessima mala secuta fuerint*; ideo doctus Medicus ex valida illa contusione intestinorum lesionem noscens ad eorum impediendam inflammationem curationem direxit, inquiens Sum. cit. pag. 5. §. 23. = *Al momento mi decisi guardando la cura in generale per il salasso, e l' uso continuato dei nitrati, e delle limonee e di quando in quando le fu prescritto un poco di etere sulfuree con della neve, senza badare a curare la lussazione in modo alcuno; giacchè mi era riserbato ciò fare per mezzo della mano del Chirurgo etc.* Juxta Svvieteni doctrinam *ad Aphor.* 534. §. *Larga missio sanguinis SUMMUM hoc est in omni CONTUSIONE REMEDIUM*; et ad Aphor. 335. = *Sed ubi metus est validae inflammationis, suffocationis, et gangrenae, tunc omnia auxilia adhibenda sunt. INCIPIENDUM TUNC A VENÆ SECTIONE etc. Imprimis SI CONTUSIO INTERIORA CORPORIS LÆSERIT, tunc enim a suppuratione summa metuuntur mala*

la. Prudenter item Medicus ad læsa intestina curatione directa luxati femoris reductionem distulit, monitus a Svvicteno *ad Aphor.* 366. §. *In flammatione* = ibi = *In tali ergo casu DIFFERRI DEBET LUXATORUM REDUCTIO, et monendi sunt æger, ejusque amici INSTARE PESSIMA MALA si hoc tentetur, difficilem autem postea curam fore nec integram sæpe.*

37. Ipsam quoque intestinorum læsionem ex eorumdem læsa functione idem Medicus novit, cum propriis met oculis vidit, nobisque retulit quidquid, cibi vel potus in ægrotæ os iujiceretur, vix ab ea deglutitum, et ingestum, statim ac subito crudum, inconfectum, et in sua ipsa qualitate eamdem egessisse per alvum; *Sum. pag.* 6. §. 29. = ibi = *La sensibilità del tubo intestinale era così notabile, che al momento se le si prestava qualche lieve soccorso di frutti, ciriegi, portogalli, e limonate, al momento stesso; trovandomi presente CON I MIEI PROPRII OCCHI VIDDI, li detti materiali LI SCARICAVA dalle parti inferiori INTATTI ED INALTERATI.* Hoc vero signum adeo certam portendere intestinorum læsionem, ut Medici hunc ipsum morbum appellent Lienteriam, sive intestinorum levitatem, paulo ante ostendimus ex Celso, Svvieteno, Sauvagesio, quibus cohærent Morgagnius *de Sed, et caus. morbor. Epist.* 31. *num.* 4. *Epist.* 21. *num* 15. = Sennertus *Instit. Pratic. lib.* 3. *part.* 2. *Sect.* 2. *Cap.* 6. §. *Causa* = ibi = *Lienteriæ causa proxima est RETENTRICIS FACULTATIS, VENTRICULI, ATQUE INTESTINORUM LÆSIO, ob quam cibi antequam cocti sint per intestina descendunt, atque per alvum dejiciuntur.*

38. Diligens quoque Medicus post quam retulerat *cit. pag.* 6. §. 30. quod *Al momento se gli prestava qualche lieve soccorso di limonate al momento istesso ec. scaricava dalle parti inferiori inalterati*; enucleatius addit, *e le URINE similmente NELLO STATO DI CRUDITA'*; quod quidem signum hepatis præsertim læsionem, in quo bilis et urine excrementa generantur, esse tradit Sennertus *Instit. Medic. lib.* 1. *Cap.* 9. *de Nutritione.*

39; Internæ quoque pectoris contusionis argumentum Medicus tradit ex subita a lapsu lactis deperditione, inquiens Sum pag 6. §. 35. = *La paziente quantunque lattante il latte era svanito*, quod quidem signum validae compressionis mammarum vasculorum ab ictu et collisione illatæ esse præceteris docet Astruccius *de Morb. mulier. lib.* 4. *Cap.* 3. de Inflammat. Mammar. §. 1. = ibi = *Causæ comunes sunt ictus, collisio, aut VALIDA COMPRESSIO MAMMARUM quibus labefactatur elaterium vesicularum et LACTIS INFARCTUS inducitur* = Et §. Causæ = ibi = *Inflammationem mammarum PROCEDERE a retardato aut INTERCEPTO in parte affecta SANGUINIS CURSU. Hæc signities aut circulationis interceptio A PRESSIONE obstructione, aut crisatione VASORUM producuntur.* Quod quidem Medici judicium Medicæ rationi congruere Peritus pro-

ve-

veritate docet in *cit. suo Voto* §. 20. = ubi = *Impossibile est* „ *quod* enormis in abdomine facta concussio *diafragma* at„ que pulmones non ita simul irritaverit, ut sanguinis cir„ culationem ac nervos sensibiliter perturbaret; ex quo *re„ spiratio gravis ac difficilis* consequitur; quæ quidem omnia „ *a ratione medica deducta* adamussim respondent phenome„ nis quæ in ægra nostra apparuerunt.

40. Gressum deinde faciens præfatus Cæræ Medicus ad veloce morbi incrementum narrare pergit Sum. pag. 5. (. 26. = *da un momento all' altro impervertita la malattia L' ADDOME GONFIO' OLTREMODO, E NELL' ESTERNO ILLIVIDITO; credendo sempre più inutili i mezzi dell' arte, prima d' ogni altra operazione le feci chiamare il Paroco.* Enormis hic abdominis tumor lividusque color validam ejus internam contusionem Medico patefecit; Nam = *Fractis vasis sub cute integra effusi humores panniculum adiposum replent et distendunt, unde TUMOR et mollities PARTIS CONTUSAE conspectu et tactu deleguntur etc. POST VALIDAM CONTUSIONEM sæpe cito partis affectæ color mutatur in PLUMBEUM, LIVIDUM, imo sæpe NIGRESCENTEM dum concretus cruor sub integra cute magna copia hæret*; verba sunt Svvieteni *ad Aphor.* 329. *Verb. Contusa*

41. Multo vero apertius eorumdem intestinorum presentem inflammationem idem Medicus novit ex Febre. Inquit enim Sum. pag; 5. §. 27. = *Essendosi sviluppata LA FEBRE interrotta spesso spesso da brividi di freddo, segni tutti che vicino indicavano INFIAMMAZIONE.* Scite quidem. Nam ut docet Svvietenus ad Aphor. 332. §. 8. = *dolentissimæ INFLAMMATIONES valida COMITATUR FEBRIS.*

42. Ex ipsa autem abdominis, ejusque viscerum inflammatione adstantem jam gangrænam ipse Medicus vidit; ut in *Summ. cit.* pag. 5. in fin et seq. = *Osservando la soverchia vita delle viscere addominali che indicavano la vicina CANCRENA etc.* Sapienter autem tum ex febri, tum ex viscerum inflammatione is arguit *vicina cancrena* quia = *CANCRENA INFLAMMATIONEM SEQUITUR, quando tam valida est obstructio ut nullo modo resolvi possit, illaque in omnibus locis affecti vasis adsit*; ceu totidem verbis docet Svvietenus *ad Aphor.* 382. §. 8. *et ad Aphor* 420. = ibi = *Inflammationem nullibi frequentius locum habere quam in panniculo adiposo. Cum autem CANGRENA fere semper inflammationem validissimam sequatur PATET EVIDENTER QUOD et hæc eundem LOCUM OCCUPET.* Et Peritus confirmat *in Vol.* §. 15. cum Boerrhavio docente = *ipsa viscera corrumpit*, contusio, *tumque horum inflammatio, suppuratio, CANGRENA.*

43. Ex febri tandem, inflammatione, cangræna, omniumque pharmacorum inutilitate scite Medicus conclamatam jamque depositam pronunciavit ægrotam, eamque insanabilem dereliquit; Sum. pag. 6. § 29. = *Vedendo che tutto era stento, e che da un momento all' altro l' infelice paziente andava a terminare i suoi giorni credei frustraneo ogni altro mezzo . . .*

el' al-

e l' ultima sera che l' abbandonai in detto luttuoso stato, CREDENDO la notte seguente LA DI LEI MORTE, la mattina sentendo un suono di campana, mi era quasi confermato in maniera tale, che in vece di portarmi come al solito nella prima visita nella Casa della paziente colla solita premura ed impegno, era per diriggere altrove le mie visite. Vera quidem prognosis nisi prodigium accidisset; cum Boerrhavius doceat *ad Aphor.* 330. quod = *Bene scitur internam magnam nobilium VISCERUM CONTUSIONEM CURATU IMPOSSIBILEM morborum CAUSAM ET MORTIS ESSE.* Nam ex valida inflammatione cangræna: ex cangræna sphacelus: ex sphacelo mors sequitur; juxta eumdem Boerrhavium *ad Aphor.* 457.. Burserium *tom.* 4. *part.* 2. §. 70. et Svvietenum *ad Aphor.* 430. de Cangræna = ibi = *UNIUS enim ALTERIUSVE HORÆ SPATIO sic proserpit malum, ut NULLA AMPLIUS MEDELA SUPERSIT.*

44. Hanc item insanabilitatem contestatur Peritus ab hac sacra Congregatione electus *in cit. suo Voto* §. 31. = ibi = Probatum „ quippe fuit per nos quod abdominis maxime extensa ac „ dira contusio, tam externa tegumentorum, quam interna „ omnium abdominalium viscerum *morbum constituat OMNINO INSANABILEM atque LETHALEM, eo vel magis* „ *quod in casu nostro contundentis corporis actio validissima* „ *fuerit ob maximum circiter* 150. *librarum pondus, maximumque* „ *impetum quo dictum pondus super mulieris corpus impegerat.* Ergo talis *morbus* NEQUE CITO, NEQUE SERO SANATIONEM ADMITTEBAT = Et §. 39. in fin. = Femoris „ luxatio, et enormis abdominis contusio; quæ duo tantum „ abest ut parvi momenti sint, ut imo potius insimul uniti „ LETHALEM infirmitatem, atque INSANABILEM efficiant.

45. Hæc omnia cum e Summario, medicique testimonio constent; quonam jure vel argumenti genere inferre Animadversio potest nullum a medico de viscerum læsione, deque abdominis concussione certum symptoma fuisse observatum, quod non ex solo deliquio explicari queat? = *Animad.* §. 4. = Certe quidem is concussi, contusique abdominis signa retulit a medica schola petita, cum causam reddidit præcipiti lapsus ab alto, magno cum pondere corpus obstruente: acutum abdominalium viscerum dolorem ad levem etiam externum tactum; ipsius abdominis inflationem, tumoremque: ac ejus denique lividum plumbeumque colorem. Hæc profecto sunt, neque alia ex quibus Medicinæ Proceres internam abdominalium viscerum validam arguunt contusionem. Sed et ipsam doctissimus Medicus non a deliquio, ut ais, sed a pathognomonicis signis intestinorum læsionem novit, probavitque, cum eorumdem læsas functiones singillatim observavit, et retulit; sublatam scilicet retentricem facultatem qua infelix mulier vix ingestum cibum potumque, subito crudum et inconfectum per alvum egerebat: deperditum a lapsu lac in puerperæ mammis: urinam

ANIMAD. §. 4.

nam emissam prorsus inconcoctam, cruda m, et frigidam: validam febrim internam concomitantem viscerum inflammationem: auctam cito ipsam inflammationem adstantis cangrænæ signum; rapidum denique lethalium symptomatum incrementum advenientis in horam mortis certissimum nuncium. Hæccine sunt deliquii signa?

46. Atque hic opportune regerit doctus Peritus *in suo Vot. §. 40.* = ibi = Quid, quæso, simplex ac fugax deliquium commune „ habet cum abdomine inflato, atrolivescenti colore suffuso „ ac enormiter contuso a pondere centum librarum? Quid co„ mune habet cum deliquio constans anxietas, respiratio anhe„ losa, intestinorum paralysis, aliorum viscerum abdomina„ lium læsio? Profecto saccus tritico plenus e sublimi loco „ in abdomen lapsæ mulieris impingens, non deliquium odo„ ramentis vincendum producit, sed deliquium cum morte „ commutandum. Neque Medicus qui Curæ præerat, neque „ Chirurgus pro deliquio habuerunt Antoniæ infirmitatem, sed „ lethalem ipsam judicarunt; adeoque extremis relici Sacra„ mentis curaverunt, mortemque declinare non posse arbi„ trati sunt. Quid tandem comune habet cum deliquio lu„ xatio femoris? Quid talis luxationis integra repositio cum „ odoramentis et immaginationis vi? Quod si luxationes et „ gravissimæ contusiones aut odoramentis, aut immaginatio„ nis vi curari sanarique possent, non Medicus, aut Chirur„ gus in auxilium essent vocandi, sed Aromatarius, et Poe„ ta. Apage ineptias ac nugas. „

47. Ad femoris luxationem quod attinet ultro damus Chirurgum cam non observasse, describit tamen morbi gravitatem quam statim lapsus aegrotae intulerat, inquiens *Sum. pag. 12. §. 74.* = quod didicita morbi causa *mi accostai al suo letticciuolo per osservare l' Inferma, e l' osservai con polsi deboli, coricata alla supina, e priva di senso, ed insistendo gli Astanti di osservarla, e vedere se vi era rottura di ossa, o altro non stimai di muoverla mediante la debolezza in cui si trovava.* Sit licet is de femoris luxatione auritus a Medico; nondum Medicus luxatum femur cognoverit, cum primum a lapsu Chirurgus accurrit = *Animad. §. 4.* = id tamen hujusce rei probationi nihil omnino detrahit, quia ex Medico in arte perito, ex ipsa Sanata luxationem de facto proprio sensuque deponente, ex aliis denique quatuor Testibus oculatis constat. Ajunt enim.

Curae Medicus Summar. pag. 5. §. 22. = *Osservai ancora, che per la detta causa avvenne una lussazione nel femore, di cui MI ACCERTAI TANTO CON VISTA, CHE COL TATTO, avendo trovato il capo dell' osso fuori dell'acetabolo.*

Sanata de facto proprio Sum. pag. 3. § 3. = *Questa caduta mi rumpiù la guffola della coscia destra.*

Sanatae Vir Sum. pag. 25. § 157. et seq. = *Mentre la spogliai MI ACCORSI che aveva la coscia destra slocata, e L'OSSO FUORI DEL SUO SITO, ed aggrancata senza poterla stendere.*

Anna

Anna Masceri infortunio praesens Sum. pag. 23. §. 138. = = *La posimo nel suo letto alla supina, giacchè la caduta l'aveva rovinata, anche con fare uscire il femore destro dal suo luogo, IL CHE VIDDIMO NELLO SPOGLIARLA.*

Sanatae Mater Sum. pag. 28. §. 170. = *L'amore mi spinse a scoprirla, e LA VIDDI tutta annerita ec., e l'osso della coscia destra era uscito dal suo luogo, e stava fuori del suo sito.*

Sanatae Soror Rosa Tarzia Sum. pag. 30. §. 188. = *La trovai già supina nel suo letto fracassata, perchè teneva slocata la coscia destra, COME CO' PROPRII OCCHI OSSERVAI.* = Cohaeret Rachael Saro Sum. pag. 21. §. 121 = ibi = *Si fracassò tutta, e restandole slocata la coscia destra . . . . . l'animai assoggettarsi ai Medici per ripararla dallo scomcio sofferto nella caduta, dicendole, che anche le Religiose in simili casi si assogettiscono ai Medici; ed Ella a stenti soggiunse, che non voleva affatto.*

48. Interroganti nunc Censori religiosissimo quonam experimento affirmare Medicus potuerit *ho conosciuto* femoris luxationem? *Animad.* §. 5. Respondet ipse, *mi accertai tanto con vista, che col tatto, avendo trovato il capo dell'ossa fuori dell'acetabolo* = ibid. = Hanc Medici observationem praeceps judicium appellas? Ecquaenam certior observatio ea, quae habetur *tanto con vista, che col tatto*? Id certo scire dicimus quod propriis nostris sensibus comprehendimus; ex *Can. Testes caus. 3. quaest. 9.* et ex communi DD. opinione de qua Innocentius *in Cap. Cum causam num. 8. de Test.* = Pignatell. Consult. *Canon. 239 num. 3 part. 15. rec.* = Et Ferrario tit. Juramentum *num. 50.* = ibi = *Ad absolute jurandum rem ita esse, requiritur certitudo SCIENTIFICA seu PHYSICA, et experimentalis QUALIS HABETUR PER VISUM* = Et in re Medica ad rem probat Cll. Sauvagesius *Nosolog. Prolegom. §. 8.* = ibi = *Principia ea tantum in re medica debent admitti de quibus ita certi sumus, ac de iis quae SENSUS EVIDENTIA demonstrat; ea vero nihil aliud sunt quam EXPERIMENTA* = Et §. 9. = *Experiri dicimus ea quae ad nostras sensationes attenti perspicimus etc. Si attente observemus ope VISUS, TACTUS, auditus etc. hac observatio vocatur experientia etc. Experientia itaque nihil aliud est quam phenomenorum COGNITIO EX SENSATIONE orta.* = Et tandem § 73. = *Ea sedes est in definitione recensenda QUÆ SENSU, aut aegri relatu PERCIPITUR.* *ANIMAD. §. 5.*

49. Quod si Perito deponenti = *Avendo trovato il capo dell'osso fuori dell'acetabolo*, = plena debetur fides quia deponit de re quae ad suae Artis peritiam spectat, etiamsi nullam referat suae scientiae causam; uti praeceteris docent Felin. *in Cap. cum caus. de Test. num. 3. ad fin.* = Pax Jordan. de Re Judiciarj *lib 14. tit. 18. num. 958.* = ibi = *Quoad Peritos in Arte in suis relationibus NON OBLIGANTUR ASSIGNARE RATIONEM DICTI SUI ET CAUSAM SCIENTIÆ in iis quae*

spectant ad peritiam Artis eorum. = Gratianus = *discept.* 296. *num.* 16. = ibi = *Peritis standum est QUAMVIS NULLAM RATIONEM REDDERENT SUÆ DEPOSITIONIS* = Panimol. *dec.* 154. *num.* 7. = ibi = *Quando Periti DE EORUM JUDICIO deponunt super iis quae ad Artis peritiam spectant, tunc eis CREDENDUM EST, ETIAMSI NON REDDERENT RATIONEM ET CAUSAM SCIENTIAE, cum habeant præsumptionem pro se.* = Rota in Recent. *part.* 19. *dec.* 399. *n.* 18. = ibi = *Standum esse Perito ETIAMSI NULLAM RATIONEM REDDERET.* = Multo certe potiori jure id obtinet, cum Peritus suae scientiae causam affert luxati femoris addens = *di cui mi accertai TANTO CON VISTA, CHE COL TATTO avendo trovato il capo dell' osso fuori dell'acetabolo.*

50. Si visu imperiti etiam Testes facile noverant, quod *l' osso era fuori del suo sito*, id item noscere Peritus potuit, qui non modo visu, sed etiam *tactus experimento* certior fuit factus, quod erat *il capo dell' osso fuori dell' acetabolo?* Facilis est et cuique obvia luxationis cognitio; nam si *luxatio est recessus extremi ossis mobilis ex cavo in quo naturaliter movetur:* ceu definit Boerrhavius *ad Aphor.* 358.; res est quae sub sensibus cadit. Noscitur enim facile a praeternaturali protuberantia capitis ossis femoris e cavo suo loco, quod acetabulum nuncupant, expulsi, et a superstite cavitate in loco a quo exciderat; uti docet Svvietenus *ad Aphor.* 365. = ibi = *Signa quae LUXATIONEM FACTAM DOCENT primaria sunt, TUMOR praeternaturalis ob caput articuli elapsi alieno loco positum, et CAVITAS insueta in illo loco quem naturaliter caput ossis elapsi solebat occupare*; quibus etiam addit. = *Ut constet de luxatione articuli cujusdam, PRIMO INQUIRITUR an talis CAUSA praecesserit A CUJUS VI ET IMPETU ARTICULUS sua sede EXPELLI POTUISSET.*

51. Si potiora et univoca luxati ossis signa sunt externus, et praeternaturalis tumor capitis ossis elapsi, et cavitas in loco quam occupabat, non video qua ratione noscere atque inspicere vel Medicus, vel alii Testes hunc ipsum praeternaturalem tumorem, et cavitatem nequirent in ægrotæ corpore licet esset *coricata alla supina*, et eodem semper in situ remanserit = *Animad.* §. 5. = Nemo enim est, licet in anathomia hospes et peregrinus, qui nesciat Femur situm esse in laterali parte, cujus propietea vitium, externa scilicet lapsi ossis protuberantia, etiam in supino corpore facile visu tactuque cognoscitur. Hinc ipse objectus Celsus *loco exade cit.* monet quod in femoris reductione = *Collocandus homo super scamnum est, aut pronus, aut SUPINUS, aut in latus.* Tantum vero abest eumdem *Celsum* docuisse diligentiore observatione, aut experimento, praeter visum tactumque, indigere ossis luxationis diagnosim, ut et ipse cum caeteris Artis Magistris docuerit eamdem visu tactuque cognosci *in Oper. medic. de luxatis ossibus Cap.XI.* = ubi = *Moventur autem ea* (ossa) *sedibus suis etc. quorum ubi aliquid excidit, protinus LOCUS CAVUS EST, depressusque DIGITUS situm invenit,*

aliud

52 Aliud autem est inquirere, an femur luxatum fuerit, aliud vero longeque diversum, an excissum e sua sede os promotum fuerit in interiorem potius vel exteriorem partem. In hac facti specie certum illud est fuisse luxatum, ex allatis oculatis Testibus, et medico ajente: *Osservai ancora, che per la detta causa avvenne una lussazione del femore, DI CUI MI ACCERTAI tanto colla vista, che col tatto, AVENDO TROVATO IL CAPO DELL' OSSO FUORI DELL' ACETABOLO:* *Sum. pag.* 5. = Si constát de extrusione femoris e sua acetabuli sede, constat de luxatione. Quid vero ad nos miraculi argumentum exhibentes sanationis *a luxatione femoris* inquirere pertinet an caput illud ossis exciderit in interiorem, vel exteriorem partem? Id porro est, quod *Celsus* inquirit loco objecto *Animad.* §. 5. ubi de femore luxato ait = *in omnes quatuor partes promovetur sæpissime, in interiorem, deinde in exteriorem, raro autem in priorem, aut posteriorem*, proindeque proponere pergit diversa experimenta, ut assequi possit in quamnam partem os exciderit, ut diversa reductionis methodus adhibeatur: = *ibi* = *Collocandus homo etc. sic ut ea pars superius sit, in quam os prolapsum est; ea etiam inferius a qua recessit.* In hac facti specie constat reductionem non fuisse tentatam. Ergo lis est de lana caprina.

53 Si vero tanti scire interesset in quamnam partem excissum e sede femur promotum versumque fuerit, fidenter dicimus in exteriorem fuisse promotum. Ex ipsa revera luxationis causa id facile quisque assequi ratione potest. Non enim mulieri luxatum fuit femur inter gradiendum, sed in præcipiti lapsu ab alto deorsum gravi pondere oppressæ et in subjecta humo collisæ; ita ut superimpositum pondus femoris caput e sua acetabuli cavitate extruserit. Hinc ejusdem ossis protuberantia intuentium oculis apparebat, *MI ACCORSI che aveva l'osso fuori del suo sito*, Sum. pag. 25. §. 146. = *col far uscire il femore destro dal suo luogo, il che VIDDIMO nello spogliarla*, Sum. pag. 23 §. 136. *VIDDI ec. l'osso della coscia destra uscito dal suo luogo, e stava fuori del suo sito* Sum. pag. 28. §. 170. = *Teneva slogata la coscia destra come CO' PROPRII OCCHI OSSERVAI.* Quod si ad probationis redundantiam exoptes id etiam probandum experimento a Celso proposito penes *Animad cit* §. 5. = ibi = *Si in interiorem partem prolapsum est, Crus longius altero, et vastius est; SI IN EXTERIOREM BREVIUS.* Eccillud. *Mi accorsi che aveva la coscia destra slocata ec. ED AGGRANCATA SENZA POTERLA STENDERE*; inquit Sanatæ Vir *Sum. pag.* 23. §. 136. Ergo crus erat brevius; ergo, auctore Celso, femoris caput in exteriorem, non in interiorem partem prolapsum erat.

54 Haec quum ita sint, ne, quæso, Animadversio doleat Medicum, nec de crure, nec de pede, nec de suppressa urina quæ ossis inversionem in interiorem potius, quam in exteriorem partem indicant, meminisse = *Animad. cit.* §. 5. *in fin.* = Quia haec tunc investiganda sunt cum ossis reductio instituitur,

ad

ad dirigendam aegroti positionem, vel pronam, vel supinam juxta laudatum Celsum, et Heisterum *Chirurg. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 6 *de Femore luxato.* Immerito certe Medicus redargitur *de suppressa urina* non meminisse *Animad. cit.* §. 5. qui aperte non suppressam dixit cum cit. Sum. pag. 6. §. 30= *LE URINE similmente nella stato di crudità* = Si tunc Urina ex Celso supprimitur cum femoris caput *in priorem* partem prolapsum est, non vero in *exteriorem*; et in hac facti specie constat non fuisse supressam, magis magisque patet in exteriorem partem fuisse prolapsum. Si item Medicus redargui non potest, quod ad habendam luxationis certitudinem experimento usus non sit *visus* et *tactus* a Celso proposito, ita redargui non potest quod ea non instituerit experimenta, quæ in una dumtaxat femoris curatione, sive reductione juxta objectum Celsum instituenda sunt; quin ut erat *coricata alla supina*, gravioribus oppressa morbis *medicae artis non fait di muoverla mediante la debolezza* = Animad. §. 5. = si erat coricata *alla supina*, si moveri situ non poterat, quinam quæso locus experimento; quo pateret, an pedis *calx IN GRESSU terram contigeret sed palmam; an baculo indigeret?* Animad. cit. §. 5. = Tunc haec animadvertenda fuissent, si mulier ab una abdominis contusione, atque intestinorum læsione sanata, luxato adhuc femore remansisset; sed Deus O. M. Famulo suo B. Alphonso intercedente, absque ullo experimento, Peritique operatione luxatum femur in suam acetabuli sedem extemplo restituit.

55 Hæc scite breviterque confirmat Peritus *in suo Voto* §. 42. = ibi = Simplex luxationis cognitio medici neque Chirurgi propria est, et a pluribus aliis cognoscitur, et cognosci potest, qui neque Medici sint, neque Chirurgi. De re enim agitur sensibus obvie etc. Luxationem existere tam ipse Medicus noscit, quam Chirurgus. Medicus autem ingenue refert tam oculis quam tactu observasse caput femoris extra acetabulum. Cur itaque in re quæ afficit sensus solius Medici fides non sufficiet? Sed Censor instat in medium proferens difficultatem ex parte Medici observandi femoris luxationem ob positionem infirmæ machinæ orizontalem. Infirmissima profecto est hujusmodi Animadversio. Posita enim quantum vis orizontali machina, nil facilius quam leviter flectere truncum e latere, ut luxatum femur oculis ac tactu explorari possit.

56 Quæ fuerint læsionis intestinorum symptomata atque signa paulo ante ex Medici ore sumpta retulimus; validam nimirum corporis contusionem inter duram humum, magnumque superpositum pondus in praecipiti lapsu ab alto: intestinorum læsas functiones, retentricem scilicet sublatam facultatem qua potum cibumque vix ingestum egerebat, deperditi in intestinis motus peristaltici signum, eorumque paralysis, et imbecillitatis: deperditum in ipso lapsu lac: inconcoctam, crudam, et frigidam urinam: validam febrem internæ inflammationis comitem: auctam ipsam in horas abdominis inflammationem can-

cangrænæ signum: lethalia denique symptomata præsentis jam mortis nuncia. Immerito igitur Animadversio scribit læsionis intestinorum non aliud dari signum in Actis quam quod mulier *non riteneva cibo alcuno* = Animad §. 6. =

57 Neque dubiam hanc ciborum rejectionem ex alvo reddit Sanctissimi Viatici administratio, perinde ac si indecens et inopportuna fuisset = *Animad. cit.* §. 6. = Quæ enim comparatio inter solidi cibi, potusque pondus, et Sacramentalis Particulæ? Cibi namque potusque diuturna temora indigent, ut sensim digerantur, et per totam tubi intestinalis longitudinem proveniantur; uti advertit præceteris Svietenus *ad Aphor.* 179. = ibi = *REMORAM DIUTURNAM patiuntur contenta* (in ventriculo) *ob juga intestinorum illorum cavum arctantia, et ob retrogradum motum peristalticum retropellentem iterum contenta etc. Illud autem requirebatur ut per tantam intestinorum longitudinem propulsis cibis et potibus et humoribus huc delatis, omnique momento absorbentium venarum osculis appticatis exhauriri posset omne fere liquidum, fecesque relictæ omne utiti humore privatæ, figuratæ molles tamen adhuc plerumque in hanis per alvum excernerentur. Videtur autem in hominibus optima sanitate fruentibus determinato TEMPORIS SPATIO totum illud iter ob ore ad anum obsolvi.* Qua quidem ex doctrina patet quanti ponderis et soliditatis sit cibi potusque substantia, quæ tanto eget temporis spatio ut digeratur. *ANIMAD. §. 6.*

58 Sacramentalis contra Particula non fermentito panis frustum erat, sed latino ritu exigua, parva, et subtilis farinæ ofella per modum assationis intra calidi ferri laminas cocta; ut omnibus notum est; et advertit Gavantus *in Rubr. missal. part.* 3. *tit.* 3. § 1. Et Ven. Bellarminus *in sua doctrina* tit. de Eucarist. = *L' Ostia è in forma di cialdella sottile.* Hinc non conteritur ut cibus dentibus, sed saliva ipsa nativoque calore in ore diluitur, ut in Instruct. Benedicti XIII. *in Append. XXX. ad Concil. Rom. part.* 5. Propterea que cum non ejusdem sit soliditatis, ut cibus, ejus species cum saliva ingeruntur in stomachum; neque propterea indigent tempore et intestinorum circulatione ut digerantur, sed intra minutum corrumpuntur Referet siquidem *Lugo* apud B ipsum Ligorium *Moral. lib* 6. *tract.* 3. *Dub. VII.* num. 225. = *Plures Medicos a se Romæ consultos putasse in Laicis species INTRA MINUTUM corrumpi*; Non ergo indecens et inopportuna fuit, neque cum rejectis subito cibis comparanda.

59. Etiamsi de abdominis contusione non aliud in actis occurrat signum quam symptoma narratum a Medico, *l' Addome gonfio oltremodo, e nell'esterno illividito* = Animad. §. 6. = unum tamen hoc symptoma contusi abdominis pathognomonicum est, a quo ipsius contusionis diagnosis petenda; docente Boerrhavio *Aphor.* 329. *verb. Contusa*, quod = *Cognoscitur simulque detegitur affecta pars. 1. Conspectu, tactuque 2. Effectu doloris*

doloris, stuporis, coloris mutati in rubrum, fuscum, plumbeum, nigrum = ibique Svvieteno = *Post validam contusionem sæpe cito partis affectæ* COLOR MUTATUR IN PLUMBEUM, LIVIDUM *imo sæpe nigrescentem . . . . effusi humores panniculum adiposum replent et distendunt, unde* TUMOR PARTIS CONTUSÆ *conspectu et tactu detegunturur.* Præter tamen abdominis tumorem, lividum colorem, exponit etiam Medicus alterum *doloris* symptoma a lau dato Boerrhavio inter contusionis signa enumeratum, inquiens *Sum pa g. 5. §. 21.* = quod morbi causa didicita collisi corporis inter magnum pondus et humum in præcipiti lapsu ab alto = *Per la enunciata causa ritrovai l'addome intero alterato nell' esterno* SENSIBILE DOLORE NELLE VISCERE INTERNE ADDOMINALI *in modo che nel semplice tatto la paziente soffriva delle grandi molestie.*

60. Quamquam vero in priori Causæ actione contusionis abdominis, et intestinorum læsionis curationem impossibilem demonstraverimus ex Boerravio *ad Aphor.* 33 = ibi = *Magnam nobilium viscerum contusionem* CURATU IMPOSSIBILEM, *morborum* CAUSAM *et* MORTIS ESSE. = Ex Gorterio *Chirur.* 1264. *num.* 8. = ibi = *Ventris contusiones sæpe MORTEM intulere.* = Ex Morgagno *Epist. Medit.* 53. *num.* 33. ubi de contuso pnero in thorace referi = *Intra horæ dimidium expirasse.* Et ex Svvieteno *ad Aphor.* 321. *et seq.* = ibi = *Innumera apud actores occurrunt observata, quibus constat* VALIDIS CONTUSIONIBUS LÆSA *fuisse varia* VISCERA, *ut inde* MORS. Nihilo tamen minus cum Animadversioni arrideat hanc ipsam morbi gravitatem ab ore Peritl audire, ejus sententiam excribimus.

61. Ita ille in Voto §. 15. et 16. = ibi = Si contusio vel nimia profunda fuerit muscularesque afficiat fibras, vel admodum extensa, tunc organicæ læsionis pergraves effectus expectari possunt; siquidem magnus internorum vulnusculorum numerus, magna extravasati sanguinis copia facilior corruptio inflammationi læsarum partium originem præbet. Tum Boerrhavius ad Aphor. 326. = *Aliquando lædit musculos, unde validæ suppurationes cangrenæ, paralyses, contracturæ. Id autem dictum volumus de externis contusionibus.* = Quid vero mali a contusionibus internis seu viscerum vitalium, atque animalium non erit pertimescendum? Tanto sane *majus periculum* quanto facilior inflammatio, quanto nobilioribus viscera dicantur functionibus . . . . Quibus animadversionibus præmissis facillimum profecto erit *gravitatem morbi* quo Infirma nostra afficiebatur ponderare, atque *imminens ejus vitae periculum* pernoscere. In hoc enim casu *gravitas morbi et vitae periculum* triplici de capite desumenda I. Nempe a validitate actionis quam contundens corpus exercuit. II. Ab extensione et sede contusionis. III. A natura organorum et viscerum, quæ læsa sunt. =

62. Postquam autem doctus vir per singula percurrens animadvertit validissimam fuisse actionem contundentis corporis ponderis

ris centum quinquaginta librarum accelerato motu ab alto cadentis, contusionis autem extensionem et sedem fuisse per totum abdomen; proindeque indubium esse, quin ventriculus, intestina, hepar, lien, atque alia viscera in abdominis cavitate contenta profundissime contusa fuerint nervosque ad vitam necessarios fuisse quoque compressos, naturales functiones læsas atque impeditas, diaphragma pulmonesque irritatos; *a §. 16. ad 21.* concludit. = INSANABILIS ergo atque LETHALIS „ procul dubio judicari debet enormissima tam exterioris quam „ interioris corporis ambitus CONTUSIO, quæ præcipitis mu„ lieris lapsum subsequuta est. = De femoris item luxatione „ pronunciat *loc. cit. §. 22.* Absolute assero atque inconcussum „ volo absque Chirurgicæ adjutricis manus præsidio reponi ta„ lem luxationem OPUS ESSE NATURÆ VIRIBUS OMNI„ NO IMPAR, ac dynamicis humanæ machinæ legibus re„ pugnare. Si enim in quavis luxatione repositio ossium capi„ tis in respectivis cavitatibus indiget valido ministrorum auxi„ lio, extensionis ita dictæ musculorum et contraextensionis qua „ SINE REPOSITIONE PHYSICE IMPOSSIBILIS EST quan„ to validius hujusmodi mecanicum auxilium exigatur in fe„ moris luxatione nemo non videt, ubi maxima musculorum „ contrahentium vis superari debet ut externum femoris caput „ in profunda acetabuli cavitate collocari queat. Et §. 23. = „ Atqui ars numquam accessit luxationi curandæ; ergo et „ LUXATIO in concreto casu INSANABILIS censenda.

63. Quid vero est, quod de abdominis tumoris, externique livoris vel veritate, vel gravitate. Animadversio inde dubitat, quia nihil exterius adhibitum medicamenti fuerit; sed tantumodo = *il salasso, e l' uso continuato de nitrati, e delle limonee, e di quando in quando un poco di etere sulfureo con della neve?* Animad. §. 6. = Non dicam nullum exterius adhiberi potuisse remedium, quia ægrota patiebatur: SENSIBILE DOLORE *nelle viscere intiere addominali in modo, che* NEL SEMPLICE TATTO *la paziente* SOFFRIVA *delle* GRANDI MOLESTIE; inquit Medicus Sum. pag. 5. §. 22., dicam vero tumorem, livoremque, non tam per sese fuisse morbum, sed interni morbi signa, et argumenta. Tumor quidem viscerum inflammationis vasorumque læsionis signum est; ex Svvieteno superius allato *ad Aphor. 329* = ibi = FRACTIS VASIS *sub cute integra effusi humores panniculum adiposum replent, et distendunt unde* TUMOR PARTIS CONTUSAE = Livor item ab effuso sub cute sanguine oriebatur, uti prosequitur Svvietenus ibid. = *Post validam Contusionem saepe cito partis affectae* COLOR *mutatur in* PLUMBEUM LIVIDUM, *imo saepe nigrescentem.* „ Et Peritus *in suo Voto §. 15* „ ibi „ *Magnus internorum vulnusculorum numerus magna* EXTRAVASATI SANGUINIS *copia facilior corruptio inflammationi laesarum partium originem praebet.*

64. Quemadmodum ergo summæ imperitiæ fuisset curationem ad effectum potius, quam ad causam dirigere quia ablata causa cessabat effectus, ita summæ Medici peritiæ fuit interna mei

 di-

dicamenta adhibere ad viscerum compescendam inflammationem, et ad restituendam paralyticis flaccidisque intestinis peristalticum motum, et vitam. Ad id vero ex ipsa in arte remedia præscribuntur, quæ Medicus indixit apud Swietenum *ad Aphor* 333. „ ibi „ *Incipiendum a* VENAE SECTIONE *si contusio interiora Corporis laeserit.* Scite proinde Medicus ait Sum. pag. 5. §. 24. *Al momento mi decisi per il salasso*; deinde *l'uso continuato de nitrati, e delle limonee, e di quando in quando un poco d' Etere sulfureo con della neve.* De citrinis potionibus Sauvagesius docet *Nosolog. method. Tom.* 2, *Class.* 9. §. *XVIII. num.* 2. „ ibi „ in Lienteria *praescribendas aquas* ACIDULAS „ Et Sennertus *Instit. praet. lib.* 3. *part.* 2. *Sect.* 2 *cap.* 3. *de Lienteria a retentrice labefactata* §. *Curatio* laudat *syrupum acetositatis* CITRI

65. Non desperaverit quidem Medicus *ab initio* dum curari noluit femoris luxationem inquiens: *che qualche giorno dopo* SE FOSSE MEGLIORATA *poteva ciò eseguirsi* „ Animad. §. 6. „ Sed non melioravit, ideoque tunc Medicus desperavit; uti ipse testatur Sum pag. 5 §. 25. „ *Via facendo* DA UN MOMENTO ALL' ALTRO IMPERVERTITA LA MALATTIA *l'addome gonfiò oltremodo, e nell' esterno individuo. credendo* SEMPRE PIU' INUTILI I MEZZI DELL' ARTE *prima d' ogni altra operazione le feci chiamare il Paroco etc osservando la soverchia vita delle viscere addominali che indicavano la vicina* CANGRENA *senza badare alla lussazione enunciata, vedendo che tutto era stento, e che* DA UN MOMENTO ALL' ALTRO *l' infelice paziente* ANDAVA A TERMINARE I SUOI GIORNI *credei* FRUSTRANEO OGNI ALTRO MEZZO „ Et pag. 6. §. 30, „ *L' ultima sera che* L' ABBANDONAI *in detto luttuoso stato* CREDENDO la notte *seguente* LA DI LEI MORTE *la mattina sentendo un suono di campana mi era quasi confermato in maniera tale, che invece di portarmi come al solito nella prima visita nella casa della paziente, era per dirigere altrove le mie visite quando etc.*

66. Duraverit per triduum morbus, non inde sequitur adverti non potuisse lethalia symptomata unde prodigiosæ sanationis judicium exurgat. „ *Animad cit.* §. 6. *in fin.* „ Non morbi duratio, sed symptomatum præsentia morbi gravitatem ostendit. Secus enim qui præcipites ex alto cadentes vel sæpe subito, vel in horas morientur, dicendi forent absque lethalibus symptomatibus mortui. Hinc fit ut ipsa potius brevis duratio morbi ejus acutiem et gravitatem ostendat; ceu monet Sauvagesius *Nosolog. Method. Prolegom. num.* 338. „ ibi „ *Morborum* ACUTIES EXTIMATUR *ex eorum* BREVITATE *et periculo conjunctis, adeoque acuties extimatur ex gravitate et intensitate. Nam quo gravior, et intensior est morbus eo materies morbifica majores vires obtinet, simulque vires majores exerit facultates.* „ Et prius de viscerum morbis ut loc. cit. num 325. „ *In viscerum infarctibus quandoque tanta offertur cordis resistentia, et tantum motus sanguinis tardatur ut* MORS IN PROCINCTU SIT. Hinc Sacer hic Ordo morbi gravitatem ex

ejus

ejus vehementia, non vero durationé desumit ex Medicorum sententia, *qui morbi magnitudinem desumere consueverunt vel ex laesae partis dignitate, vel* EX VEHEMENTIA MORBI, *vel ex laesione facultatis nostrum corpus gubernantis:* verba sunt Benedicti XIV. *lib. 4. part. 1. Cap. 8. num. 4.* „ In hoc autem themate non unum, sed singula concurrunt. Certiora vero iis quæ Medicus, Testesque retulere symptomata ad multiplicis hujus morbi gravitatem arguendam in Medica Schola non dantur; uti fuse probat Peritus *in suo Voto § 12. et seq.* Et prius *§ 6. 16. 17. et seq. 19 et seq.*

67 De morbis finem dicendi facio. Nil enim reliquum disserendum superest postquam doctus Peritus pro veritate de Abdominis contusione atque intestinorum læsione pronunciavit in suo Voto *§. 31.* = *Talis morbus NEQUE CITO, NEQUE SERO SANATIONEM ADMITTEBAT.* Et *§. 32.* hypotetice loquens ait = *Si sanari etiam posset, in casu nostro IMPOSSIBILE omnino censendum.* = Et de mira repositione femoris absque Chirurgica operatione ait *cit. §. 32.* = *Hujusmodi repositio MIRACULOSISSIMA habenda est.* Unde concludit. *§. 33.* = *Nonnisi Scepticus dubitabit, quin instantanea sanatio quam Antonia Tarzia, invocato B. Alphonsi patrocinio obtinuit etc. DUPLEX MIRACULUM includat. Fuit enim MIRACULUM omnium lethalium symptomatum subita evanescentia absque ulla critica evacuatione. MIRACULUM quoque fuit luxati femoris spontanea repositio. Quod SI HÆC PRODIGIA NON SUNT, NULLA UMQUAM PRODIGIA EVENERUNT, NULLA IMPOSTERUM EVENIENT.*

DE FEATI APPARITIONE

68 De Apparitionis veritate eo nomine Animadversio dubitat quia Aegrota sensibus destituta erat, utpote quæ *pochi momenti ed intervalli aveva di ragione nel corso del male*; propterea que totam Visionis seriem ejus imaginationi tribuit = *Animad. §. 7. et. 8.* = Primum de sensuum destitutione, deinde de imaginationis viribus ex ordine dicam. *ANIMAD. §. 7: ad 8.*

69 Ad primum quod attinet verba illa *pochi momenti ed intervalli* posita sunt, et intelligenda de externa illa cognitione quæ habetur per sensus, non autem de interna mentis integritate. Lasis enim sensuum organis eorum usum ita amiserat ægrota ut nonnisi per intervalla et difficulter ideas suas communicare aliis posset, mente tamen recte pollebat sibique constabat; utpote quæ ipso in infortunio bene novit sibi opitulantes Virum suum, suamque Vicinam Annam Masceri; *Sum. pag. 3. §. 2.* = Bene percepit luxatum sibi fuisse femur *loc. cit. §. 3.* Bene percepit vix ingestum cibum potumque statim egerere, *ibid. § 4.* = *Mi si dava qualche sorso di limonata, etc. o qualche frutto, immediatamente lo mandava via da basso perche non tenevo cibo alcuno.* Bene percepit eamdem semper servasse in lectulo positionem, ibid. *§. 4. Durante la mia in-*

fermità stiedi sempre alla supina nel medesimo sito, ove dietro della mia caduta mi posero. Bene percepit indicta sibi Sacramenta sumpsisse, ibid. §. 5. *Mi furono dati li Sagramenti dal proprio Paroco D. Vitaliano Provenzano, ed anche l'Olio Santo.* Bene percepit prius Amicam suam ad se detulisse oleum lampadis ante B. Alphonsi aram collucentis illiusque invocationem sibi suasisse; ibid. §. 6. *Antecedentemente una Vicina mi recò dalla Chiesa l'Olio della lampada del B. Alfonso, e MI RICORDO che in mezzo li patimenti mi animò a fidare alla protezione del Santo*. Bene percepit licet morbo ad animæ usque agonem aucto, quænam ex Sororibus suis frigidos frontis sudores sibi abstergebat; ibid. §. 7. = *Intanto i sintomi del male si avanzavano, e mia Sorella ROSA Tarzia, per quanto MI RICORDO mi asciuttava con un fazzoletto i sudori, che mi scendevano dalla fronte*. Bene percepit se gravem pati orthopnoeam, cit. §. 7. = *Un grande affanno mi sentiva nel petto, e giudicai che mi usciva l'anima in quell'affanno, e mi sentiva tutta convulsa*. Bene demum percepit suasam jam sibi B. Alphonsi invocationem inter ipsas extremas morbi angustias peregisse, sana mente eumdem intime invocasse, vixque invocatum sibi apparuisse. Summ. pag. 3. §. 8. = *In mezzo a questi patimenti MI RACCOMANDAI PER QUANTO POTTI ALLU BEATU ALFONSU, E SUBITU VIDDI, che l'abitazione era china de splendure, e viddi ancora una persona etc.*

70 Hanc ipsam internam mentis integritatem hactenus ab aegra testatam alii quoque Testes contestantur. Testis siquidem XVIII. Sum. pag. 35. §. 219. = *Nel giorno seguente* (infortunio) *scesi a vederla, e la trovai stordita, e sopita, SENZA POTER PARLARE* (ob externorum sensuum læsionem) *giacente alla supina nel letto, E DIMANDATA PIU' VOLTE da me che si sentiva? A STENTI MI POTE' DIRE: Signora Mariangela* (vel ipsam alloquentis personam novit, eique interroganti respondit) SIGNORA MARIANGELA SONO MORTA. XIX. Testis invocationis Auctor Sum. pag. 36. §. 227. = *Nel giorno appresso etc.* (oleo lampadis Beati ad eam allato) *animandola a fidare, e raccomandarsi al B. Alfonso, OBBEDI' ALLE MIE INSINUAZIONI, quantunque fosse nello stato di gran patimenti, ed oppressa per li acciacchi, e sintomi cagionatigli dalla caduta*, Vide externam sensuum oppressionem, et internam mentis integritatem! Quid plura? Etiam morti proxima hortationem sibi factam bene percepit, et responsum dedit Testi XII. Sum. pag. 21. §. 123. = *Le furono amministrati li Sagramenti etc. in questo stato di pericolo, e di PROSSIMA MORTE etc. mi avvicinai alla stessa, e L'ANIMAI ASSOGGETTARSI AI MEDICI per ripararla dallo sconcio sofferto nella caduta* (luxationis femoris) *dicendole che anche le Religiose in simili casi si assoggettiscono ai Medici, ED ESSA A STENTI SOGGIUNSE che non voleva affatto*. Si morti proxima hortationem sibi factam audivit, et bene percepit, responditque *che non voleva affatto*,

to, evidentissime patet eam adhuc in postremo illo vitæ stadio sibi mente constasse; respondisse vero *a stento*, quia perfectum externorum sensuum usum amiserat.

71 Integra cum mente polleret non modo in morbi decursu, sed in ipso mortis periculo, ac eo præsertim momento, quo intimo corde Beatum invocavit Alphonsum, isque sibi invocanti apparuit, etiamsi immaginariam hujusmodi visionem appelles, *supernaturalem* tamen negare non poteris. Docet enim Benedictus XIV. *lib* 3. *cap.* 50. *num.* 20. = *Visionem PRÆTERNATURALEM triplicem esse, corporalem videlicet, IMMAGINARIAM, et intellectualem etc. IMMAGINARIA QUAM S. Augustinus SPIRITALEM vocat, fit per species, seu figuras et immagines rerum in ipsa phantasia existentes, quæ Dei, vel Angeli apporitione ita disponuntur, ut propositum objectum clare repræsentent INFUSA LUCE SUPERNA AD INTELLIGENDUM quid significent, et fit etiam per novas species nusquam antea receptas sed a Deo, vel ab Angelo immissas; et hæc IMMAGINARIA VISIO contingere potest vel in vigilia vel in somno.* = Et immediate seq. num. 11. Pontifex laudat P. Baldellum scribentem = *Di tre sorte sono le Visioni, cioè corporali cogli occhi del Corpo; IMMAGINARIE coll' immaginazione e fantasia; intellettuali col solo intelletto etc. Del primo genere fu . . . . . , Del secondo fu quella DI S. PIETRO negli Atti degli Apostoli al Cap. 10. quando vide il lenzuolo; quella DI S. GIOVANNI nell'Apocalisse al Cap. I.; quella DI EZECHIELE al Cap. 37. quando vide il Campo pieno di ossa de' morti, e risuscitati in un tratto etc.; quella D'ISAIA al Cap. 6. quando vide Iddio nel trono, ed i Serafini, e l'altare d'onde fu preso il carbone per monlargli le lobbra; ed oltre molte DI ALTRI PROFETI etc. etc. etc.*

72 Per immaginationem utique sæpe putantur videri quæ non videntur, ut *Fienus* scribit penes *Animad.* §. 8.; sed quæstio in eo vertitur, utrum per imaginationem Miracula fiant, perfecteque sanentur ægri? Illud apud Medicos in comperto est phantasiam sive imaginationem realem aliquam producere non posse in humano corpore qualitatem illudque movere vel mutare; ceu præ ceteris docet Sennertus *Oper. tom. I. tit. de consens. et dissens. Chimic. Cap.* 4. *de Viribus Imaginat* = ibi = *Phantasia IN CORPUS seu proprium seu alienum NON AGIT, NEQUE ULLO MODO GENERE ALTERAT, MOVET, VEL MUTAT.* = Et §. Neque = IMMAGINATIO *est tantum cognitio; NEQUE species phantastica REALEM PRODUCERE, nec formaliter alterare POTEST, cum ejus esse et formalis ratio in repræsentando saltem consistat. et proinde ultra suam perfectionem et gradum AGERE NON POTEST.* Hinc morbos sanare non potest, uti idem Sennertus prosequitur ibid. = *AD SANITATEM CONSEQUENDAM NON unus et simplex motus et actio, qualis est IMMAGINATIO SUFFICIT, sed plures motus*

ANIMAD. §. 8.

tus requiruntur, ut humoris alteratio, coctio, expulsio dispositionum in parte mittente et suscipiente mutatio.

73 Haec perpendens sapientissimus Lambertinius postquam de imaginationis viribus locupletem tractatum ediderat, et miranda illa retulerat quæ Fienus aliique ab immaginatione repetunt, ea ridens lectorem monet ne eadem retulisse putet ut eisdem praebenda sit fides, in suo Oper. de Canoniz. *lib. 4 part. 1. cap. ultim. num.* 32. = ibi = *Nos ea miranda retulisse quae alii scripserunt NEC ULLIUS FIDEM AD EA CREDENDA obstrinxisse.* = Et prius *num.* 13. = de Philosophis sanationes ab imaginatione ortas narrantibus hoc Theophili Raymundi judicium excripserat = *OPORTET profecto hos PHILOSOPHASTROS, quibus pepo pro corde fuit, NUMQUAM ÆGROTASSE, vel quos charos haberent numquam scivisse conflictari cum ægritudine etc. Potuerunt enim omnia illa et quæcumque alia humani cupiditati optabilia per Imaginationem parere.*

74 Licet vero Pontifex generatim omnia imaginationis miranda ab aliis scripta rejiecerit, pro sua tamen sapientia morbos a morbis distinguit, concluditque per imaginationem sanari posse morbos qui fuerant ab ipsa imaginatione inducti; scribens cap. cit. num. 25. *Dicendum esse videtur MORBOS quosdam AB IMAGINATIONE ORTOS viribus contrariæ imaginationis naturaliter tolli posse etc Alexander Trallianus refert mulierem quæ se serpentem devorasse arbitrabatur, exhibito medicamento vomitorio, elamque resposito inter rejecta per vomitum serpente ab illa imaginatione liberatam fuisse. De alio quoque legitur qui se in corpore septem passerculos habere imaginabatur, medico per nares se extracturum simulante et passerculum quem in vestis manica absconderat, monstrante sanatum fuisse, imaginatione scilicet falsa per contrariam sublata.* Non imaginaverat quidem mulier, de quo sermo, se ex alto loco magno cum pondere præcipitasse, et ex sui corporis collisione inter pondus et humum laxatum sibi fuisse femur contusum abdomen et enormiter laesa intestina; sed *facto*, eoque a videntibus, Peritisque confirmato, hæc omnia sibi evenerant. Quomodo ergo per imaginatam sanationem sanari ipsa poterat a morbo ab imaginatione nequaquam orto? Abs re ergo et tempore imaginationis vires in Scaenam veniunt.

75 Sed rem hanc intimius perscrutatus Pontifex Benedictus morbos item distinguit, alios *a spiritibus*, alios *a fluidis*, alios denique *a solidis* originem habentes; decernitque primos parvi momenti esse, in aliis autem fluidis si vitium est in qualitate, non posse imaginationem momento pellere morbum; si sit vero in quantitate non posse, nisi excitata crisi, secus morbus cito revertitur. In morbis denique *a solidis*, quales sunt, qui studia nostra exercent, imaginationem omnino non posse neque extemplo, neque temporis spatio expellere morbum; ut in *cit. lib. 4 par. 1. cap ult. num.* 31. = ibi = *Aut vitium est in qualitate, aut in quantitate fluidorum. Si vitium est in qualitate, NON POTE-*

TEST IMMAGINATIO vi sua naturali momento pellere morbum., si vero vitium sit in quantitate, et morbus non sit levis, sed gravis, non videtur alio modo posse eum tollere momento temporis, nisi excitata crisi, et quatenus non excitata crisi, MORBUS REVERTITUR. Quoad morbos denique tertii generis (a solidis) IMAGINATIO NEQUE EXTEMPLO, NEC PER ALIQUOD TEMPORIS SPATIUM QUANTUMVIS MOVEAT SPIRITUS, ET FIBRAS MORBUM EXPELLERE POTEST.

76 Idque comprobat num 30. Lancisii sententia lata in Causa B. Joannis de Prado, in qua pro veritate pronunciavit nec vel ipsam Arthritidem ab imaginationis vi posse sanari, quia = *ubi morbus non oritur a simplici spirituum motu, sed a corpore alicui infixo, exsiccata, atque immobili, tunc quidem NUDA IMAGINATIO NIHIL OPERATUR, unde oritur ut NULLUS ÆGER AB ORGANICIS MALIS, aut cujus membro hæret succus densus compactusque QUANTACUMQUE IMAGINATIONIS VI UNQUAM LIBERETUR. Malum, quo Fr. Gabriel torquebatur, non pendebat a solo spirituum motu, NEC ORTUM HABUERAT AB IMAGINATIONE, verum AB INFARCTU, atque adhæsione humoris.*

77 Si profecto vel in ipsis fluidorum morbis nil ultra imaginatio potest, quam excitare crisim, cujus ope sensim levetur, ægrotus, vel si secus sanationem simulet morbus brevi revertitur. Si sanatio, de qua sermo, accidit absque ulla crisi; testante sanata *Sum. pag 4. §. 17.* = *Fui sanata in un momento senza che ci fosse intervenuta antecedente crisi di natura, ne evacuazione, ne purghe, ne mi rimase segno alcuno della passata disgrazia.* Si sanatio non brevi duravit, sed perpetua fuit, constans, atque in Actis probata per *Napennium*, quod Miraculum, et Inquisitionem intercessit; et si in solidorum morbis læsis organis imaginatio neque extemplo neque temporis spatio morbi vim expellere potest, ita ut Lancisii sententia *nullus æger ab organicis malis quantacumque imaginationis vi unquam liberetur*, quemnam, rogo, locum in hoc rerum themate sibi imaginatio vindicat, in quo morbus haud fuit ab imaginatione ortus, haud a fluidis inductus, sed a valida contusionis causa, quæ viscera, intestina, totiusque corporis organa læserat, contuserat, magnumque femoris os e sua sede violenter extruserat?

78 Excitetur quidem phantasia sopitis, aut oppressis sensibus, ut Augustinus scribit penes *Animad.* §. 8., attamen præterquamquod paulo ante ostendimus, sopitis licet sensibus, interna intellectuali cognitione Sinatam haud fuisse destitutam, ita ut interrogata, quamvis ægerrime, responderet, ille tamen sopor nihil prohibet, quin imaginaria, vel intellectualis visio supernaturalis non fuerit, docente S. Bonaventura apud Benedictum XIV. *lib.* 3. *cap.* 51. *num.* 3. etiam divinas apparitiones sopitis sensibus evenire = ibi = *Apparitiones, et revelationes etc. si divinitus immittuntur vim aliquam significan-*

candi semper habent, homò de illis SOPITIS SENSIBUS efficacius instruitur, ablato quoquo extrinsecus impedimento.
79 Verum in nostra facti specie mulier vix Beati sibi apparentis splendor ejus cubiculum repleverat, sensuum, et loquelae usum excitata recuperavit, ita ut non modo visionem claro perceperit, sed quæ videbat, adstantibus singillatim, et ex ordine narraverit, candelam petierit, sibique candelae loco exhibito baculo, lignum, non ceram intellexerit, atque iterum, iterumque candelam postulaverit, quam sibi apparenti offerret, exclamans = *Mo cala, mo cala ec. e mi benedice, datemi una candela ec. il Beato Alfonso mi ha fatto la grazia, e descrisse, che era vestito colla Cotta, e Veste, e indicava, che da quel luogo medesimo, da dove calde, le comparve il Beato, che le fece la grazia*, inquit Testis XII. *Sum. pag.* 21. §. 125. ubi scentiae causam addit = *In questo stato di pericolo, e di prossima morte mi portai di persona dalla medesima, e la trovai giacente a la supina nel suo letto, mi avvicinai alla stessa ec.* Et contestantur Testis XIII. Sum. pag. 23. *in fin. et seq. Aspettando che esalasse lo spirito, intesi cogli altri così dire alla moribonda: Mo chi viene? mo chi viene? Uno vestito da Vescovo con una bella veste, e Mozzetta, con un figliolo accanto, con una Carta, che legge: questo Personaggio mi benedice. E così RIAVUTA, E RIACQUISTATI LI SPIRITI = veggo una luce E' IL B. ALFONSO, CHE MI HA GUARITA, e mi ha sanata . . . e se volete vedere se io sono sana, portatemi la Camigia. . . . SI VESTE, E SI ALZA AL MOMENTO ec.*

XVI. Testis Sanatae Soror *Sum. pag.* 30. *in fin.* = *Intanto io mi se.lei vicino al suo letto per ajutarla, credendola nell'ultimo stato di sua vita. Ella intanto l'Antonia rivolta a me mi disse: Io voglio una Candela per darla al Santo, che mi fa la grazia. Io le risposi di sì, ed aveva disposto di comprare la Candela sudetta semplicemente per compiacerla, ma gli astanti mi sconsigliarono dicendo: Diamole una Canna, o una bacchetta per quietarla di questa fantasia, poiché Ella va a morire a momenti. Infatti le si recò, se le pose in mano la bacchetta, o canna, non ricordandomi il preciso, ed ella mi replicò: Io voglio la Candela per darla al Santo, che è venuto a sanarmi vestito con Veste rossa, con la Cotta, e la Mozzetta: ELLA PROSEGUIVA A DIRMI QUANTO STAVA VEDENDO, ma io lo credevo tutto vaniloquio delle morte, PROSEGUENDO A DIRMI FIL FILO QUANTO VEDEVA, SOGGIUNSE: OH CHE LUME DI PARADISO, LA CASA E' TUTTA ILLUMINATA: IL SANTO TIENE UN FIGLIOLO ACCANTO, CHE TIENE IN MANO UNA CARTA, IL SANTO LEGGE, E MI BENEDICE = come in questo frattempo mi portarono la Candela, che io medesima aveva mandato a comprare, lo la presento a detta mia Sorella solo per compiacerle in quelle sue credute smanie, Ella la prende, l'offre al Santo, che vedeva, e rivolta a me soggiunse: IL SANTO MI HA FATTO LA GRAZIA, MI HA BENE-*

DET-

DETTO ALTRE DUE VOLTE. IO SONO SANA, IL B. ALFONSO MI HA FATTO IL MIRACOLO.

XVII. Testis alia Sanatæ Soror *Sum. pag.*33. *in fin et seq.* „ Io „ mi trattenni nella sua Casa quella sera vedendola prossima „ alla morte, colla faccia rossa, piena di convulsioni, e fuori „ di sensi, quando la sudetta mia Sorella Antonia cerca una „ Candela per darla a quel Personaggio, che era là venuto „ per sanarla, Io e tutti gli altri, che erano ivi presenti l'ab- „ biamo giudicato un vaniloquio di prossima morte, dicendo „ che era inutile darle la Candela, e risparmiare le piccole „ spese per seppellirla. Ella intanto l'Antonia proseguendo a „ domandare, le si comprò la Candela, ed appena avutala in „ mano nel suo, da noi creduto vaniloquio, offrì la Can- „ dela, e quindi la ripose nel letto dicendo = *Il Beato Al-* „ *fonso è venuto a sanarmi in mezzo ad una gran luce: e la* „ *Casa tutta illuminata. Mi ha benedetto, ed io son sana, e* „ *sono guorita, mi ha fatto il miracolo.*

Concordat de auditu a Sanata Parochus *Sum. pag. 7. in fin. et pag.* 9. §. 53. VII. Testis *pag.* 16. § 93. IX. Testis *pag.* 18. §. 106. Medicus *Sum. pag.* 6. §. 33. XV. Testis Sanatæ Mater *pag.* 29. *init*, *et* §. 183. aliique omnes.

Sanata de facto proprio Sum. pag. 3. §. 10 = Fui benedetta da „ lu Beatu colla Cruce, come fanno i Viscni per tre voti, e „ l'occhi l'avia diretti sopra la panza, e sopra lu pettu, do- „ po tale fattu mi trovai tutta sana, e come m'arraccom- „ mandavano l'anima, mi votai, e dissi al Sacerdote: Tu mi „ raccomandi l'anima, ed Io sungo sana, perche *mi ha sa-* „ *nata il Beatu Alfonsu:* Io sungo sana, non mi crediano, „ ed io sempre dicia: io sugno sana, perchè *lu Beatu Al-* „ *fonsu mi fece la grazia:* poi mi azai, e come pocu pri- „ ma avea ricevutu l'Ogliu Santu, me miseru na cuverta „ a terra per venerazione dell'Ogliu, e cercai subito da man- „ giare, ed essendomi purtati dalla Signora Antonia Fabiani „ due bragioli, che aveva fatti per la Casa sua con un pez- „ zo di pane, mi li mangiai sapuritamente, ed altri cosi, „ che mi purtaru: Mi truvai lu pettu chinu de Latte, e „ cercai subitu allu piccirillu mio, lu lattai, la notte che se- „ guì alla miraculu fattomi, la sira durmii da sana etc. La „ mattina mi portai alla Chiesa delu Beatu Alfonsu, li por- „ tai chilla candila, che li presentai quandu lu viddi, li „ portai ancora l'elemosina pe na Missa Cantata, e nu mez- „ zu mitte de Granu, fui sana, ed in perfetta salute all' „ istante.

80. Viderit nec ne corporis, vel mentis oculis B. Alphonsum aegrota *Animad.* §. 8. nihil ad Nos, cum supernaturalis visio æque corporis vel mentis oculis repræsentetur; juxta allatam Benedicti XIV. doctrinam *lib.* 3. *Cap.* 50. *num.* 20. = ibi *VISIONEM PRAETERNATURALEM triplicem esse corporalem videlicet, IMAGINARIAM ET INTELLECTUALEM.*

81. Verum de visionis veritate dubiam adhuc animadversionem reddunt Sanatae verba = *Pensai essere lu Beatu Alfonsu* =

ex quibus haesitantiam arguens concludit aliud esse conjectari, et opinari, aliud vero *videre Animad. cit*, §. 8 *in fin.* Nisi vidisset, non cogitasset B. Alphonsum esse qui sibi apparebat, cum sit Scholasticorum opinio *praecedere in corpore ideas materiales*, *sequi in mente intellectuales*, penes Genuensium *Art. Logic. lib.* 2 *de Ideis Cap. I. num.* 5. Et ideo ex viso B. Antistite non conjectata est, sed cogitavit, = *pensai* = et cogitatione visam personam percepit.

82. Non certe hesitantis, vel dubitantis verba sunt: *Pensai essere lu Beatu Alfonsu*, perinde ac si similia sint iis, quibus aliis in Causis Sanati per visionem in approbati Miraculi Epigraphe commemoratam, apparentis personam designarunt. Ac praesertim in Causa Ven. *Josephi Mariae* Cardinalis *Thomasi* Congregationis Clericorum Theatinorum, in qua approbatum fuit Miraculum *sanatianis a diuturna hemophtysi etc. post Ven: Cardinalis Josephi Mariae APPARITIONEM V. Kalendas Aprilis* 1803. = Hanc enim apparitionem his verbis sanata retulerat in *Sum super Mirac. pag* 42. § 17. = ibi DORMENDO MI PARVE DI VEDERE *nel vicolo del letto due Padri, che alla prima mi parevano Gesuiti* = atque iterato ait pag. 44. = *Fra la veglia, ed il sonno viddi nuovamente i sudetti due Padri che avevo veduti la prima volta, ed uno di essi, che* RIPUTAVA *certamente, che fosse il Servo di Dia ec. mi disse: Che cos' hai?* Et in Causa B. *Nicolai Factoris* in qua etiam anno 1785 inter Miracula adscripta fuit sanatio, additis in Epigraphe verbis = *ad intercessionem ejusdem VENERABILIS, qui ILLI etiam APPARUIT* licet Sanatus haec tantum deposuerit in *Sum. sup. mirac. pag.* 16. §. 153. *existens dictus Testis dormienda vidit in somnis P. Nicolaum Factor*: Ac tandem in Causa *B. Angeli ab Acrio* Anno 1825. commemorata fuit in approbatione Miraculi Beati Visio sanatae factae his verbis = *Cui Ven. Angelus APPARENS valetudinem promiserat.* Ita tamen sanata deposuerat in *Summar. super Mirac. pa.* 64. §. 227. *MI PARVE DI VEDERE IN SONNO il P. Angelo, che mi parlava, e diceva etc.* Sed de his enucleatius infra.

83. Recto quidem mentis ratiocinio cogitavit mulier apparentem sibi Antistitem Beatum Ligorium esse, tum ex prægressa ejus imaginis idea, tum ex illius dumtaxat ope implorata. Praecognoverat siquidem Alphonsi Imaginem paucis antediebus, cum scilicet, *coll' occasione, che passarono un giorno innanzi alla mia Casetta, che è prossima alla strada publica l' Apparatori della Chiesa etc. per celebrarsi la festività della Beatificazione del B Alfonso, li detti Apparatori portarono molti Carri di robba ed in uno di essi vi era fissato il QUADRO DEL BEATO ALFONSO. Allora fu che VENNI IN COGNIZIONE di esservi questa Santa mi raccomandai allo stessa caldamente.* Certa ergo erat idea Beati Alphonsi imaginis in mulieris mente concepta, atque sculpta, docente laudato Genuensio *in cit Art. Logic. Lib.* 5 *Cap.* 1. de usu ratiocinii §.3.=*dum ideam aliquam percipio id primum mihi vel in-*

tus

vitus conscius sum, ideam illam esse id, quod est, nihil aliud et hanc non aliam. Ratiocinari ergo potuit ex praehabita perceptione congruentiæ illius Beati imaginis cum apparente Antistite eum esse, qui videbat; uti docere pergit idem Genuensius loc. cit. §. 17. = *Est ratiocinium perceptio congruentiae qua conamur ignotum ad notum ferre, et ex eo aestimare.* Cum vero praeternaturalis visio, sive imaginaria, sive intellectualis, fiat per species in phantasia existentes, quumque in mulieris phantasia praeexisterent species imaginis B. Alphonsi, per visionem ipsam infusa ei lux fuit ad eumdem cognoscendum; ut animadvertit Benedictus XIV. *lib.* 3. *cap.* 50. *num.* 10. = ibi = *Imaginaria* (visio) *fit per species, seu imagines rerum vel in phantasia existentes, vel a Deo, aut ab Angelo immissas etc. INFUSA LUCE superna AD INTELLIGENDUM quid significent.* Unde adstantibus aegrota narrabat = *veggo una luce È IL BEATO ALFONSO Sum. pag.* 24. *init et pag.* 34. = *IL B. ALFONSO È VENUTO a sanarmi in mezzo ad una gran luce.*

84. Sed magis magisque æstimare jure potuit aegrota visum a se Antistitem esse Ligorium, propterea quod hunc dumtaxat, neque alium vel Beatum, vel Sanctum invocaverat, postquam inuncta fuerat oleo lampadis ad ejus Aram collucentis; ut ipsa narrat Sum. pag. 4. §. 16. = *Fui guarita dal B. Alfonso. Io non pregai altri Santi, SOLAMENTE fui unta coll' Olia della lampode, mi RACCOMANDAI AL BEATO, fui sanata in un momento* = Et prius explicite retulit in eo ipso apparitionis momento intimo corde B. Alphonsum invocasse Sum. pag. 3. §. 8. *In mezzo a questi patimenti MI RACCOMANDAI PER QUANTO POTTI ALLU BEATU ALFONSU, e subito viddi che l' abitazione era china de splendure, e viddi ancura una persona all' auto che era venuta . . . giudicai esser lu Santu Padre Beatu Alfonsu* = GIUDICAI, inquit, non conjectavi. Hinc non dubitantis instar, sed certo affirmantis ad Sacrum Ministrum, qui sibi morienti adstabat dixit = *Tu mi raccomandi l' anima, ed io sugno sana, perchè* MI HA SANATA IL BEATU ALFONSU *Non mi credianu, ed Io sempre diciva Io sugno sana LU BEATU ALFONSU MI FECE LA GRAZIA.* Sum. pag. cit. § 11. Propterea que prosequitur = *La mattina mi portai alla Chiesa DE LU BEATU ALFONSU gli portai chilla candila CHE GLI PRESENTAI QUANDU LO VIDDI* Eadem repetit Medico, qui testatur Sum pag. 6. §. 33. = *Intesi dalla sua Bocca, che in quella notte l' era comparso il B. Alfonso*, necnon caeteris adstantibus *Sum. pag.* 16. §. 93. *pag.* 17. §. 99. *pag.* 21, §. 125. *pag* 24. §. 145. *pag.* 26. §. 159. *pag.* 29. §. 175. *et* 183. *pag.* 31. §. 191. *et* 192. *pag.* 34 § 211. *pog* 36. *init. pag.* 38. § 237. *et pag.* 39. §. 243. Ex hac profecto unius B. Alphonsi invocatione, aliorumque exclusione certissimum argumentum emergit identitatis personae ejusdem Beati mulieri apparentis, juxta regulam traditam a Benedicto XIV. *lib.* 4. *part.* 1. *Cap.* 5. *num.* 7. ibi = *Queres, quomodo ostendi possit Miraculum a Deo patratum fuisse ad patefaciendam alicujus sanctitatem,*

Facilis est responsio PROBATIONEM potissimum ob INVOCATIONE esse desumendam etc. Cum igitur aliquis ad Dei Omnipotentiam confugit, Deique servum, vel Beatum, aut sanctum rogat, ut sibi a Deo Miraculum impetret, si MIRACULUM sequatur FACTUM DICI DEBET INTERCESSIONE Dei Servi, Beati, aut Sancti INVOCATI.

85 Vindicias potius, quam contraria argumenta ministrare Animadversio videtur, cum ex visæ Personæ descriptione a Sanata in Actis facta patulam potius contradictionem, quam ipsius B. Antistitis identitatem arguit = *Aimad.* §. 9. Ut contradictionem probet illius verba recitans, scribit = *Viddi una Persona, che era venuta da me con serpentizza bianca*, mox addit = *na mozzetta rossa* = tum autem eam describit personam = *con un baculo nelle mani, e alla capa na Mitra* = prætereaque = *vicino a sta persona uno piccillinuzzo, che portava alle mani una carta scritta cu caratteri russi* = Animad. cit. §. 9.

'ANIMAD. §. 9.

86 Oh narrationem eo magis veram quo magis simplicem, ipsisque vulgaris idiomatis verbis a rudi fæmina expositam! *Siccome l'idiomi di tutti i Regni, e Provincie si parlano in varj dialetti più o meno eleganti, così ciascuno di questi parlari fu detto* Romanzo, *per dare à conoscere, che non era latino Romano Grammatico, ma* Romano volgare. *Il Menaggio lo chiama* Romanesco, *cioè plebeo ec. L'insigne P. Mabillone* lib. 3. cap. 1. §. II. de Re diplomatica, *mette due lingue romane volgari, una de letterati ec. l'altra plebea*, e *rustica.*, verba sunt eruditissimi Justi Fontanini *in Tract. dell' Eloquenza Italiana lib.* 1. *num. XIII.* = Ita et in Calabriæ Provincia, olim Græcorum Colonia, cujus caput *Catacium est.*, duplex idioma habetur, aliud quo *culti* Cives, aliud quo vulgus utitur. Vulgus revera linteum amictum *sive rochettum* vocat *serpentizza* ex contortis instar serpentis flexibus quibus crispari rocchettum solet. Ad majorem ergo rei elucidationem sategimus, ut cultus Catacensis Civis Sanatæ verba in commune illius Civitatis idioma verteret, ut in *Sum. addit. num. unic.* = ibi = *In mezzo a questi patimenti mi raccomandava per quanto poteva al B. Alfonso, e viddi subito, che l' abitazione era piena di splendore, e viddi ancora una Persona al mio fianco, che era venuta con un rocchetto bianco, e con mozzetta rossa, e nelle mani il Pastorale, ed al Capo la Mitra, e vicino a questa Persona un ragazzo, che portava nelle mani una carta scritta con caratteri rossi.*

87 Quænam his in verbis contradictio? Anne Sanata varia, et inter sese repugnantia narravit, cum Sacri Antistitis vestes ex ordine retulit? Ea siquidem in sua narratione usa fuit particula ET quæ sermonis conjunctionem importat, dum ait = *Viddi che l'Abitazione etc. E viddi ancora una Persona, che era venuta con una serpentizza bianca, E cu na muzzetta russa, E nelle mani un baculo, E alla capa na Mitra, E vicino a sta persona uno piccilinuzzo.* Quamobrem ab interrogante animadversione, quid hæc cum B. Alphonso *cit.* §. 9. sciscitor cuinam hæc magis, quam cum B. Alphonso congruant? Erit

is

is *Episcopus*; Quæ a Sanata visa narrantur singula Episcopum designant, ejusque vestes, quibus unusquisque Episcopus utitur, dum Sacra minus solemniter peragit, ut in Pontifical. Rom. *tit. de Minor. Ord. uni tantum conferen* „ ibi „ *Si minus solemniter extra Missam etc. induitur ROCCHETTO, MOZZETTA, ET MITRA simplici* „ Et par. 1. de confirm. „ ibi „ *BACULUM Pastoralem in sinistra tenens.*

88 Splendor autem, quo Beatus apparuit „ *L'abitazione era piena di splendore, e viddi una Persona ec.* Sum. pag. 3. §. 8. = Violaceam scapularem penulam, vulgo mozzettam rubram sive rosaceam ægrotæ oculis reddiderat: *color rosaceo.* Sum. pag. 8. init. „ Ut enim scribit a Lapide in Matth. 17. 2. „ *Splendor est candidus, sed candori addit fulgorem, eumque Deo agente ex carne Christi EMANASSE IN VESTES, UTI FIT IN CORPORIBUS GLORIOSIS, ideoque SPLENDOREM hunc obruisse, et quasi ABSORSISSE NATIVUM VESTIUM COLOREM si alius erat ne tantisper appareret.* Neminem tandem latet Episcopos, ipsosque Sacerdotes uti debere Ministro qui librum teneat, seu benedictionis formulam, ut *in Pontifical, et Ritual. Rom.* Congruit ergo benedicenti Episcopo adstasse Puerum librum manu tenentem „ *Vicino a questa Persona un ragazzo, che portava nelle mani una Carta scritta con caratteri rossi ec. E fui quindi benedetta dal Beato ec.* ut in Sum. addit Et in Sum. princip. *pag. 23. in fin. et seq. Intesi cogli altri dire alla moribonda* „ *Uno vestito da Vescovo con un figliuolo accanto con una carta, che legge.* Et Sum. pag. 31. §. 191. „ *Un figliolo tiene in mano una carta, il Santo legge, e mi benedice.* Non ergo absurda hæc sunt, seu puerilia. *Animad. cit.* §. 9.

89 Vox, inquis, vocula nulla Animad. §. 9., sed ipsi ægrotæ candelam porrigenti „ *mi fece signu collu jiritu mu la mintu supra lu letto, e fui benedetta da lu Beatu cu la Cruce, COME FANNO I VISCUI per tre voti, e l'occhi l'avia diretti sopra la panza, e sopra lu pettu; dopo tale fattu mi trovai tutta sana*; Sum. pag. 3. §. 10. „ legenda ut in Sum. addit „ *Volevo portata una candela, me la portarono, e la presentai al Beato, che mi fece segno col deto, di metterla sopra il letto, e fui quindi benedetta dal Beato* colla CROCE NEL MODO, CHE FANNO I VESCOVI PER TRE VOLTE, *fissandomi gli occhi sulla pancia, e petto, dopo un tal fatto mi trovai sana.*

90 Anne ad patrandum Miraculum necessaria vox est? Anne Sancti per vocem tantum sanant ægrotos, non vero per benedictionem? Vox quidem, sive locutio, vel exterior quisque actus non per se miracula operantur, sed nuda sunt instrumenta, quibus Deus utitur ad operandum Miraculum; uti docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 178. *art.* 1. *ad* 1. „ ibi „ *Deus utitur instrumentaliter VEL interiori motu hominis, VEL ejus locutione, VEL etiam ALIQUO EXTERIORI ACTU, SEU etiam aliquo contactu corporali.* Cum ergo non omnibus et singulis hisce instrumentis ad operandum Miraculum utatur

Deus

Deus sed disjunctive vel uno, vel alio, ipsi Deo placuit Miraculum de quo sermo, non Famuli sui voce, sed exteriori Benedictionis actu operari. Nam *Deus in Ecclesia Fidelibus benedicit per Pontifices et Sacerdotes*, inquit Ferrarius *Biblioth. Verb. Benedicere Art.* 1. *num.* 5. Hæc vero Beati Antistitis benedictio cum directa fuerit ad sanandam ægrotam a gravissimo morbo, quo ad mortis limen fuerat adducta, cumque ille foret lethalis tum pectoris, tum abdominis contusio; ideo Sacer Antistes cum eam ter Cruce benedixit *l' occhi l'aveva diretti sopra la panza, e sopra il petto* Anim. cit. §. 9.

91 Tam certis indubiisque supernaturalis visionis notis, et characteribus, quibus hæc B. Antistitis apparitio insignita patet, illud item accessit, quod mulier non modo post miraculum visionem narraverit, et eo ipso in visionis actu, singula quæ videbat, adstantibus narrabat, ceu testatur Soror Sum. pag. 30. in fin. et seq. *Ella intanto l' Antonia rivolta a me mi disse: Io voglio una Candela per darla al Santo. . . . Proseguiva a dirmi quanto stava vedendo . . . proseguendo a dirmi fil filo quanto vedeva.* Et Testis XIII. Sum. pag. 23. in fin *Intesi cogli altri dire alla moribonda ec.* aliique *pag.* 33. *in fin. et seq.*

92 Si Dei magnalia, uti in se sunt Ecclesiæ annuntiari decet, non vero partim manifestanda, partim contra reticenda; Si splendidius Miraculum est quod Beati apparitione fit; clariusque in eo Divina ostenditur virtus; eccur in approbando Miraculo manifestanda Sanatio dumtaxat est, reticenda vero et prætereunda apparitio? Quia inquis, *Animad. cit.* §. 9. narrat Benedictus Quartusdecimus *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 15., *quod ætate sua inducta quædam dicenda est praxis silentio UT PLURIMUM in ea facti specie prætereundi apparitiones Servorum Dei et Beatorum* „ Sublimi tamen sui ingenii acie doctrinaque egregius Censor concedit quod „ *Haud perpetuum quidem est quod fit* ut plurimum: *nec exempla recentiora desunt, quæ afferri possent* „ Animad. cit. §. 9.

93. Sapienter quidem, sed coeteros etiam Suffragatores Amplissimos rogo, obtestorque, ne hoc in Articulo Benedictum Historicum cum Benedicto Doctore confundant. Secus enim doctus ille Vir haud sibi constasse dicendus, quod nefas. Narrat revera is sui ævi praxim prætereundi in Miraculis *ut plurimum* Apparitiones; non ideo tamen narrat, ut lectori suadeat sese illi praxi animo sententiaque adhæsisse. Oppositum enim pro sua sapientia sentire apertissime exposuit cum opportunus sibi locus occurrit inquirendi, an in Miraculorum approbatione habenda sit ratio apparitionum atque visionum? respondendo AFFIRMATIVE.

94. Ita Pontifex *lib.* 4 *p.* 1. *cap.* 32. §. 14. post relatas cœlestis apparitionis notas scribit „ *Post hæc remanet ut videamus an ADMISSA Miraculi loco APPARITIONE Servi Dei vel BEATI, miraculi hujusmodi HABERI POSSIT IN JUDICIO Beatificationis et CANONIZATIONIS ipsius. Huic quæstio AFFIRMANDO RESPONDETUR, dummodo qui sibi refert factam apparitionem talibus sit moribus imbutus, ut ei, quamvis*

vis unico Testi, fides haberi possit, dummodo ex ejus dictis appareant notae, et qualitates veraè, oc Coelestis apparitionis, et dummodo effectus aliquis ex apparitione ortus aliorum Testium dictis comprobetur. Nec enim apparent. Animæ separatæ, ut videantur, sed ut eo apparitione aliquid operetur.

65 Ea Benedicti XIV. doctrina de mentione facienda Apparitionis in approbandis Miraculis. Si tantum Pontificem uti Doctorem, non vero Historicum ad hæc sacra moderanda Judicia suspicimus; Si AA. PP. ad ejus doctrinae tramites judicium ferunt, habenda omnino est Apparitionis ratio in hujusco Miraculi lemmate. Ecquis revera fidem suam denegabit morituro homini, et extemplo redivivo affirmanti fuisse ab apparente sibi Beato benedictum, et pristinæ sanitati redditum, qui statim robustus e lectulo surgit, se vestibus induit, prosilit, ambulat, sapideque manducat? Hæc sunt cordato Viro de apparitionis veritate indubia argumenta, uti advertit S. Augustinus Tract. 50. in Joan: = ibi = *NE PUTARENT HOMINES PHANTASMA esse factum, quia mortuus resurrexit, Lazarus unus erat ex recumbentibus, VIVEBAT, LOQUEBATUR, EPULABATUR, VERITAS OSTENDEBATUR.*

96 Neque fugit prope Divinam Lambertinii mentem dubitatio de fide abhibenda unico Testi apparitionem sibi factam referenti, quæ forte aevo suo praxim induxerat aliquando prætereundæ visionis in approbando Miraculo. Ad eam propterea dubitationem arcendam expendendas proponit conditiones, quæ singulæ in hac facti specie concurrunt.

I. Prima est, quod apparitionem referens *talibus sit moribus imbutus, ut ei fides haberi possit.* Talis revera mulier est, quæ B. Alphonsi sibi factam apparitionem refert. Est enim testante Parocho Sum. pag. 7. §. 39. *di buona morale onesta, e decorosa* =Tam verecunda licet nupta, ut ad reponendum luxatum femur a muliere hortata *soggettarsi al Medici dicendole, che anche le Religiose in simili casi si ossoggettano ai Medici, Ella a stenti soggiunse, che NON VOLEVA AFFATTO?* Sum. pag. 21. §. 124. = Tam verecunda, ut post obtentum Miraculum recognita jam a Medico visu tactuque abdominis femorisque sanatione adveniente postea Chirurgo *che voleva osservarla, e nella Coscia e nelle viscere, Ella l'Antonia non gli permise di far ciò, dicendogli* = „ sono sana, il B. Alfonso mi ha fatto la grazia, non vi è questo bisogno = Et pag 23. in fin. testatur ejus Vir *Sum. pag.* 27. §. 136. = Unde bene concludit Testis VI. *Sum. pag.* 14. §. 84. = ibi = *In tale incontro pensando sull'avvenuto prodigio: ecco dissi, come il Santo ha voluto operare questo miracolo A FAVORE di una povera, e SEMPLICE DONNA, che CON SEMPLICE ED UMILE FEDE L'INVOCO.*

II. Quod *ex ejus dictis appareant notæ, et qualitates Coelestis Apparitionis.* In hoc rerum themate ex Sanatæ dictis præter cæteras visionis cœlestis notas, ex Beati Antistitis benedictione petitas, satis, superque illa cœlestis apparet ex narrati subiti visi splendoris, quæ gloriose, et beatifico tantum corpo-

pori competit, ut ipsa narrat Sanata Sum. pag. 3. §. 8. = *Mi raccomandai per quanto potei allu Beatu Alfonsu, e subitu VIDDI, CHE L'ABITAZIONE ERA PIENA DI SPLENDORE*, e viddi ancora una Persona ec. Idque adstantibus immediate retulit, scilicet XV. Testi ejus Matri Sum. pag. 28. §. 174. = *Mi disse, che vidde illuminata tutta la Casetta, e IN MEZZO A QUESTO LUME IL B. ALFONSO.* Testis XVI. ejus Soror Sum. pag. 31. §. 191. *Ella proseguiva a dirmi quanto stava vedendo ec. proseguendo a dirmi fil filo quanto vedeva, soggiunse: OH CHE LUME DI PARADISO, la Casa è tutta illuminata, il Santo tiene un figliolo accanto ec.* XVII. Testis altera Soror Sum. pag. 34. §. 211. = *La sudetta mia Sorella Antonia cerca una Candela per darla a quel Personaggio, che era là venuto per sanarla . . . . dicendo: il BEATO ALFONSO è venuto a sanarmi IN MEZZO AD UNA GRAN LUCE, e la Casa tutta illuminata.*

97 Hunc sane splendorem nonnisi glorioso, et beatifico corpori competere, ejusque propterea cœlestis apparitionis notam esse, et qualitatem ponderat a Lapide in illud Matthæi 17. 2. = *Resplenduit facies ejus Sol* = ibi = *SPLENDOR hic erat COELESTIS, imo plusquam coelestis, scilicet Divinus, et BEATIFICUS, QUALIS EST CORPORUM GLORIOSORUM; unde instar Solis erat aureus, magnificus, elegans, oculosque summe recreans etc. nota hunc splendorem fuisse DOTEM CLARITATIS, quæ ut et cæteræ DOTES CORPORIS BEATI (puta agilitas, subtilitas, impassibilitas) debitæ erant Corpori Christi, et animæ ejus, utpote beatæ.*

III. Fides præbenda est apparitionem sibi factam referenti, *dummodo effectus aliquis ex apparitione ortus aliorum Testium dictis comprobetur.* Tot revera Testibus probatur eo ipso in apparitionis actu mulierem in agone positam perfecte extitisse sanatam, statim prosiliisse e lecto, femoreque absque Periti manu in naturalem suam sedem restituto, expedite ambulasse, solidum carnis obsonium sapide comedisse, firmiterque stomacho retinuisse, filiolum reddito suis uberibus lacte nutrivisse, et vix oborta Solis luce, toto præ stupore obstupescente Populo, ad Templum se contulisse, ut ingenuus ipse Censor *in præter. Animad.* §. 5. fassus sit = *Si attendendus TESTIUM NUMERUS, qui ad hujus Prodigii probationem juridice fuerunt rogati, ne dum sufficiens, sed etiam EXUBERANS, et præter necessitatem habendum foret etc. TREE enim sunt SUPRA VIGINTI* = Effectus vero ex Apparitione ortus statim et illico adstantibus evidenter innotuit, ajente ipsa Sanata Sum. pag. 3. §. 11. = *Mi trovai tutta sana, e come mi raccomandavano l'Anima, mi votai, e dissi al Sacerdote.* „ „ Tu mi raccomandi l'anima, ed io sugno sana, perchè mi „ ha sanata il Beatu Alfonsu: io sugno sana: „ *non mi crediano, ed io sempre dicia:* „ Io sugno sana, „ *perchè lu Beatu Alfonsu mi fece la grazia, poi mi AZAI etc. e cercai SUBITO DA MANGIARE, ed essendomi portati dalla Signora Antonia Fabiani due bragioli, che aveva fatti per la Casa sua*

con un pezzo di pane, mi li MANGIAI SAPURITAMENTE, ed altri così, che mi portarno. Mi trovai lu pettu chino de latte, e cercai subito ollu piccirillo miu, LU LATTAI . . . . La mattina *MI PURTAI ALLA CHIESA dellu Beatu Alfonsu* = Et contestatur de visu Sanatæ Vir Sum. pag. 26. §. 150. et seq. nec non

XVI. Testis Sanatæ Soror *Sum. pag.* 31. §. 192. quæ expetitam Candelam moribundae porrigens ait = *Ella la prende, l'offre al Santo, che vedeva, e rivolta a me soggiunse* = „ Il „ Santo mi ha fatto la grazia, mi ha benedetto altre due volte: Io sono sana, il B. Alfonso mi ha fatto il miracolo, *e dicendo queste parole LA VIDDI TUTTA RAVVIVATA, E SI ALZO' IN MEZZO AL LETTO. Io non ostante tuttociò, che mi communicava, stentava a credere, e concepire questo Prodigio, quando Ella* SI ALZA DAL LETTO . . . TUTTI GLI ASTANTI RIMASERO SORPRESI a questa veduta, cominciò IL BISBIGLIO DI ALLEGREZZA *ed accorsero al momento le vicine: In questo mentre cerca da mangiare.*

XVII. Testis alia Sanatæ Soror Sum pag. 34. §. 212. = ibi = *dicendo* (Sanata) *il Beato Alfonso è venuto a sanarmi in mezzo ad una gran luce ec. Io sono sana, e sono guarita, mi ha fatto il miracolo. Si* ALZA *in mezzo al letto, parla, e conferma colle sue parole la verità del miracolo.* TUTTI FURONO SORPRESI ALLA NOVITA' *del Prodigio inaspettato ec. al momento le furono portate due bragiole, che* MANGIO' *felicemente, senza evacuarle ec. Come per la caduta aveva perduto il latte, e non aveva potuto più lattare il figlioletto, all'istante ritornato il latte, lo lattò felicemente, come proseguì in appresso. In quella sera medesima accorse il vicinato a vedere viva quella, che credevano morta.*

XX Testis *Sum. pag.* 38. §. 237. quæ Sanatam dicentem audivit = *Voglio una Candela per darla a questo, che mi è venuto a sanare, il quale mi ha fatto la benedizione sul ventre.* CIO' DICENDO, SI VEDEVA RINVIGORITA DI FORZE . . . . *soggiunse: mi ha sanata, e così si* ALZA *in mezzo al letto, cerca da mangiare ec. La Sig. Maria Antonia Fabiani le portò alcune bragiole con pane, e le* MANGIO' FELICEMENTE, *e Petruzza Vaccaro le portò ancora alcune pera ec. Accorse gente in quantità per ricredersi dell'avvenuto prodigio, ognuno dicendo* = IL BEATO ALFONSO LE HA FATTO MIRACOLO = Ita caeteri Testes consulto prætermissi.

98 Si Benedictus XIV. docuit memorandam esse in miraculi epigraphe apparitionem, *designatis ab eo circumstantiis seu conditionibus* concurrentibus; Si eaedem omnes et singulæ in hac facti specie concurrunt, concludendum, AUT mentionem faciendam Beati apparitionis in hoc approbando Miraculo; AUT rejicienda Benedicti XIV. doctrinam. Postremum AA. Judicum sapientia non sinit. Ergo primum.

89 Hac posita Benedicti XIV. doctrina, nil mirum si Sacrae Congregationis praxis, quae ejus aetate inolere inceperat praetereundi *non semper*, sed ut plurimum in apparitionem approbandis miraculis, post contrariam ejusdem Pontificis mentem, atque doctri-

 nam

nam ita fuisse immutatam, ut ingenuus, doctusque Fidei Promotor ultro fateatur *non deesse recentiora exempla, quæ afferri possent, in quibus* RECESSUM A PRAXI est, *ut Annis* 1785. 1803. *et* 1825 *in Causis Beatificationum B. Nicolai Factoris, B. Josephi Mariae Cardinalis Tommasi, et B. Angeli ab Acrio* = Animad. §. 9. in fin = Hæc tamen dum is veritatis vi adactus candide scribit, pro munere addit, Judicium haud esse difficile an ii casus, in quibus certiora præsto erant apparitionis argumenta casui nostro comparandi sint = *Animad. cit.* §. 9. *in fin.*

ANIMAD. §. 9.

100 Non mehercule difficile, sed perquam facile Judicium est, *certiora* praesto esse de hac apparitione argumenta, quam aliis illis in Causis, in quibus facta fuit Apparitionis mentio, eaque tanto certiora, quanto certiora nobis sunt, quæ vigilantes, quam dormientes videmus, tantoque certiora, quanto clariora nobis reprehesentantur objecta dum vigilamus, quam cum sopitis, ac torpescentibus spiritibus animalibus, et cerebri fibris, dormimus; ipso scribente Censore cum S. Augustino phantasiam excitari *sopitis, aut oppressis sensibus* = Animad. §. 8. tanto demum certiora, quanto rectius vigilantes, quam dormientes ratiocinamur. Quamquam vero præternaturalis imaginaria visio evenire possit æque in somno, ac in vigilia, ex Benedicto XIV. *lib.* 3. *Cap.* 50. *num.* 5. 10. 11., nemo certe negabit certiora esse argumenta visionis in vigilia, quam in somno factæ. Atqui visionis quæ laudatis in Causis commemoratæ fuere in approbatione Miraculi acciderant in somno; Ergo *multo certiora* veræ visionis argumenta hac in Causa concurrunt, quam in illis. Jam dicta repetere cogor.

101 In Causa *B. Nicolai Factoris exadv. cit.* de Apparitione, hæc Sanatus habet in *Sum. super mirac* pag. 16. §. 153. = *Existens dictus Testis DORMIENDO VIDIT in SOMNIIS P. Nicolaum Factor, qui dictus Dei Servus dixit Infirmo, quod bono animo esset etc. ET PERSEVERAVIT DORMIRE per valde spatium multa cum quiete, et se excitando vocavit etc.* sanusque surrexit. Hinc approbatum fuit Miraculum a Febri Hectica etc. additis in lemmate verbis = Ad intercessionem ejusdem VENERABILIS, QUI ILLI ETIAM APPARUIT; ut in Decreto edito die 4. *Octobris anni* 1785.

102 In Causa *B. Josephi Mariæ Cardinalis Thomasii* Congr. Cleric. Theatinor. Sanata Monialis in Ascterio Virginum Urbis de Apparitione sibi facta hæc habet *Sum. super ejus mirac.* pag. 42. §. 17. et seq = *Mi addormentai finalmente, e DORMENDO MI PARVE DI VEDERE nel vicolo del letto due Padri, che alla prima mi parevano Gesuiti*; et narrare pergens alterum ex iis sibi jussisse ut biberet in designato scypho *raccontò a tutti questa Visione, bevve in questa tazza perfettamente guarita, e NON CONOSCENDO CHI FOSSE quel Padre, che aveva VEDUTO DORMENDO le furono presentate varie Imagini, fra le quali riconobbe quella del Venerabile, e disse, che quel Padre, che mi era COMPARSO DORMENDO, e mi aveva detto, che bevessi in detta tazza, aveva il volto simile a quello della detta Imagine.* Deinde

de recrudescente morbo ipsius Sanatæ culpa, iterum *stando tra la veglia, ed il SONNO viddi nuovamente dalla parte del ginocchiatore li sudetti due Padri, che avevo veduti la prima volta, ed uno di essi, che RIPUTAVA certamente che FOSSE IL SERVO DI DIO, per vederlo simile alla detta Imagine ec. mi pose la mano sul petto con dirmi: spera, spera: sicchè MI RISVEGLIAI subito con grandissimo tremore, e toccatomi il petto, restai ammirata, perchè mi trovai libera da ogni dolore.* Qua autem narratione *approbatum fuit Miraculum sanationis a diuturna Hemopthysi post VEN. CARDINALIS JOSEPHI MARIÆ APPARITIONEM* Decreto edito V. Kalendas Aprilis 1803.

103 In Causa tandem *B. Angeli ab Acrio* Sanata ita sibi factam apparitionem retulit *Summ. super. II. Miraculo* pag. 64. §. 227. = *Mi raccomandai caldamente all' intercessione del P. Angelo ec. MI PARVE DI VEDERE IN SONNO il P. Angelo, che mi parlava, e diceva:* Tu che cos' hai? Sei sana: *ed Io gli rispondevo: Come sono sana, se sono cionca, e non posso muovermi? Ed Egli mi replicava:* Vieni trova a me al mio Sepolcro, che sarai sana ec. *ne altro più di questo FU IL NOSTO DISCORSO IN SONNO. Fattosi poi giorno MI RISVEGLIAI, e raccontai tutto questo fatto ec.*, et deinde narrare pergit delatam ad Beati Sepulchrum Miraculum obtinuisse. Quamobrem inscriptum fuit Miraculum *subitæ sanationis Mariæ Annæ Bernaudo . . . . cui Ven. Angelus APPARENS valetudinem PROMISERAT*; ex decreto edito anno 1825.

104 Si commemorata fuere in Miraculorum approbatione ejusmodi apparitiones in somniis factae, eccur nam non potiori jure visio hæc in vigilia?

MIRACULUM II.

Instantaneae, perfectæque sanationis Fr. Petri Canali Laici Professi Congregationis Camaldulensium ab ulcere fistuloso, sinuoso, calloso, et carioso in Sterno.

105 Dicturus iterum de sanatione pientissimi Camaldulensis Laici Fr. Petri Canali ab ulcere fistuloso, sinuoso, calloso, et carioso in Sterno, a verbis exordiar doctissimi Medicinæ, et Chirurgiæ Doctoris *Excell. Silvii Equitis Clementi*, qui de sententia pro veritate rogatus affirmare non dubitat *in suo Voto super Mirac. II. pag. 3. §. 6.* = ibi = *Quod quelibet descripti alceris conditio teterrimum morbum præseferl, adeo ut ejusdem sanationis veluti TOTIDEM MIRACULA habenda esse, QUOT hujusmodi CONDITIONES sunt.*

106 Quod humano Divinoque jure sancitum est testes duos de unaquaque re plenam constituere probationem, id quoque in Miraculorum disquisitione obtinere docuit Benedictus XIV, lib. 3.

lib. 3. Cap. 5. num. 10. = ibi = *DE MIRACULO SATIS CONSTARE DICENDUM EST pro Beatificatione aut Canonizatione SI DUO TESTES Contestes de visu TESTIMONIUM REDDANT de duobus extremis etc Et sane pro DUORUM TESTIUM sufficientia in proposita Miraculorum responsum fuit in relat. S. Francisci Xaverii etc.* = Et num. 11. = *Dictum est autem Miraculum sufficienter esse probatum, si duo extrema probata sint PER DUOS saltem idoneos TESTES* = Et n. 12. *Statuta DUORUM TESTIUM sufficientia pro miraculis comprobandis etc.* Ac tandem num. 14. = *In Causa S. Stanislai Koskae sanatio inter Miracula recensita est, quam TANTUM TESTATI fuerunt duo Sacerdotes.*

107 Hac in Causa ultro Censor concedit tres esse Testes de visu quoad utrumque Miraculi extremum, Sanatum, Valetudinarium, et Curæ Chirurgum *Animad. §. 12. et 13.* = Præterire ergo jure possemus quidquid de coeterorum scientiae causa objicitur. At quoniam cum de Miraculis agitur, necesse non est, quod testes omnes instructi sint de omnibus, singulisque circumstantiis, et symptomatibus, sed quod probatis per oculatos Testes symptomatibus, de unoquoque Miraculi extremo plena ex singulis simul junctis probatio habeatur, quemadmodum Jurisperitissimus Censor concessit *in præter. Animad. §. 6. in fi.* Hinc Apostolica Sedes exoptat, ut præter Testes quoad utrumque extremum oculatos, alii etiam Contubernales ad examen vocentur, licet de aliquibus circumstantiis alterutrius extremi oculati sint, de aliis vero dumtaxat auriti. Hinc in Causa S. Stanislai Koshae Clemens XI. approbationem distulit Miraculi; quod obtinuerat Monachus Ordin. S. Benedicti, de quo duo tantum oculati Testes rogati fuerant, donec *Postulatores demonstrarent duos, aut ad summum tres Religiosos commoratos tunc fuisse in Præpositura Callisii, in qua Miraculum patratum erat, ITA UT ALII TESTES EXAMINARI NON POTUERINT*; penes Benedictum XIV. *lib. 5. cap. 5. num. 14.*

108 Ut ergo plurimum debemus Rmo Cataeensi Antistiti *Emanueli Mariæ Bellorado* inclyti Ordinis Prædicatorum, quod de Primo Miraculo Cataci obtento ab Antonia Tarzia præter domesticos, alios quoque de vicinia Testes licet numero plurimos ad ferendum testimonium acciverit, ita etiam plurimum debemus R. P. Magistro *Antonio Mariae Vitali* ejusdem Ordinis Prædicatorum Fiscali in Callienſi Inquisitione super hocce Miraculo, quod præter tres memoratos Testes oculatos, alios item Monachos Monasterii Fontis Avellanae, in quo Sanatus commorabatur, de Miraculo ab eo obtento rogaverit.

109 Si ex Censuris ferendum judicium esset, quas Animadversor solertissimus in ipso dicendi exordio Oratoria Arte simul omnes in unum collegit *Anim. §. 10.* singuli examinati Testes hoc vel illo nomine expungendi omnes forent, et Causa finita. Verum qui nimis probat, nihil probat. De singulis dicendum ex ordine Et primum cur expungendi ii Testes sunt, qui de natura, et gravitate morbi non aliam habent scientiae causam,

ANIMAD. §. 10.

quam

quam a Chirurgis, qui curarunt ægrotum? *Animad. cit §. 10.* Neminem quippe latet in Miraculis utile admodum esse, quod non modo de symptomatibus constet, verum etiam de judicio Periti, qui a curatione fuit, propterea quod ex ejus testimonio morbi gravitas, statusque dignoscitur: penes Benedictum XIV. *lib. 3. cap. 7. num. 8.* = ibi = *De Medicis QUI INFIRMUM CURARUNT primo quæritur an eorum examen sit utile etc. de utilitate nulla esse potest controversia. STATUS enim MORBI EX EORUM TESTIMONIO DIGNOSCITUR. Quapropter nemo non videt tum Consultores S. Congregationis, tum Medicos ab ea interrogatos tutius procedere posse si MEDICI CURÆ adstantes TESTATI SINT.* Et §. 9. = MEDICUS QUI ÆGROTO ADFUIT.

110. Hi vero Testes etsi nomine verboque auriti dicantur, non ideo tamen ad auritorum classem demandandi sunt, sed parem obtinent cum oculatis primum probationis gradum. Quemadmodum enim leges et Jura, eumdem primum auctoritatis gradum in probationis genere Testibus de visu concedunt, quia = *oculorum testificatio rem facit physice evidentem Testibus qui viderunt*; ceu monet Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 1. num. 1. et 2.*, ita parem probationis gradum iis Testibus tribuunt, qui rem per eum sensum percipiunt, qui eam sibi physice evidentem facit, vel visu nimirum, vel auditu, vel tactu, uti ponderat S. Augustinus lib. 10. Confess. cap. 35. = *Ad oculos proprie videre pertinet. UTIMUR autem HOC VERBO ETIAM IN CÆTERIS SENSIBUS cum eos ad cognoscendum intendimus. DICIMUS enim non solum: vide quid luceat, quod soli oculi sentire possunt, sed vide etiam QUID, SONET, vide quid oleat, vide quid sapiat, vide quam durum sit* = Et S. Bonaventura Process. 7. Reliq. Cap. 18. = *Ad hunc (visum) potest referri QUORUMLIBET SENSUUM EXPERIENTIA, UT AUDITUS, gustus, odoratus, et tactus, quia VISUS PRO QUOLIBET SENSU SOLET PONI.*

111. Si porro Testes de visu nequeunt expungi (secus quonam pacto probanda veritas?) expungi aeque non possunt auri Testes de Peritorum judicio, quia cum illud nonnisi per auditum physice percipiatur, perinde habendi sunt ac si de visu cognovissent, uti decernit Rota Dec. 283. num. 12. part. 8. Recent. = ibi = *CUM idem sensus propter ejus generalitatem recte afferatur pro causa etiam aliarum rerum QUÆ PROPRIA SUNT SUBJECTA ALIORUM SENSUUM, ut fuit Sententia Gloss. in Cap. Testis III. Quæst. et notant. Doctores in Cap. Causam de Testibus etc. Bart. in Tract. de Test. num. 26. ubi. Quod recte loquitur Testis si dixerit se vidisse vinum dulcem sive rem aliquam levem, et asperam, aut alia quae sunt OBJECTA ALIQUORUM EX IIS SENSIBUS nempe gustatus, aut tactus etc.*

112. Incerta autem nimisque vaga exceptio est, qua ceteros expungendos Testes Animadversio contendit, quia non satis instructi se praebeant de fistulae statu ut alii de visu *Animad.* §. 11. Etsi enim in hoc probando Articulo auriti illi sint; plenam

ANIMAD. §. 11.

nam tamen cum oculatis probationem efficiunt; *non quia de rigore loquendo duorum testimonium non sufficiat, sed quia difficile ipsis* (Fidei Promotoribus) *videtur ejus notitiam ad alios Testes saltem de auditu, qui eam testificari possent, non devenisse . . . . ita ut si praeter duos Testes de visu nulli alii saltem DE AUDITU testentur, hinc inferri valeat rem patratam non habitam fuisse supernaturalem, atque Miraculosam*; inquit Benedictus XIV. *lib. 3. cap. 5. num. 12.* Id tamen non prohibet, quin iidem Testes de iis symptomatibus, qui patebant omnibus ad secundum Miraculi extremum pertinentibus, de visu non sint, quemadmodum revera sunt. Sed praestat singulorum Testium objectam scientiae causam intimius praescrutari.

113. Dixerit Testis II. Sacerdos Camaldulensis = *Una piaga fistolosa, sebbene non l'abbia veduta* Animad. cit. §. 11. Addit tamen Sum. pag. 51. init. exadv. cit. = *Sebbene Io non l'abbia mai veduta, perchè mi faceva una sensazione troppo commovente, e solamente prima che diventasse più seria, e quasi incurabile, mi pare DI AVERLA VEDUTA QUALCHE VOLTA*; et revera asserere non potuisset sibi fecisse ulcus *una sensazione troppo commovente*, nisi illud antea vidisset, eamque sensationem fuisset expertus; Affirmat is *che il male era nel petto*, nil vero mirum si addit *non posso precisare in qual parte* Summ. cit., pag. 51. §. 302. *exadv. cit.*, quia ut antea dixerat multo ante sanationem ulcus viderat. Nil item mirum si dixit *ho sentito dire, che la fistola era profonda* = Animad. cit. §. 11. quia profunditas Chirurgis innotescebat, unde addit pag. 52. post §. 305 exadv. cit., *della qual cosa i soli Professori potranno render conto*. Chirurgorum vero judicium de insanabilitate immediate ab ipsis rescivisse ait Sum pag. 52. §. 305. atque aperte e vestigio probat, inquiens *mi ricordo di aver sodisfatto come in allora Camerlengo, la competenza al Chirurgo Curante Sig. Luigi Verzolini, ed al soprachiamato Signore Niccola Rolli Chirurgo di Cagli*. De secundo autem extremo, de instantanea scilicet, perfectaque sanatione, idem Testis se de visu protestatur Sum. pag. 51. §. 299. = *All'occasione, che il defonto Monsignor Alfonso Cingari già Vescovo di Cagli, trovandosi al nostro Monastero dell'Avellana formò un Processetto dell'istantanea guarigione del detto Fra Pietro Canali, ed IO STESSO col mio Padre Abbate in allora D. VENANZIO Carmasi FUI PRESENTE alla visita, che il detto Monsignor Cingari fece fare dai detti Chirurgi Verzolini e Rolli* = Et pag. 53. §. 310. = *Si è tenuta la guarigione prodigiosa anche dolli stessi Chirurgi Luigi Verzolini, e Niccola Rolli, come risulta dalle loro deposizioni, alle quali MI TROVAI PRESENTE, E MI SOTTOSCRISSI*. De perseverantia denique Sanationis de facto proprio deponit *cit. Sum. pag. 51. post* § 301 et 302

114. Dixerit IV. Testis alius Camaldulensis Monachus Sum. pag. 59. init. = *Di che carattere, e natura fosse il suo male, non posso precisarlo, solamente mi fù detto etc.* De musculorum tamen contractione, qua curvus, et contortus aegrotus incede-

debat, de propria scientia deponit Sum. pag 59. exadv. cit. §. 360. = *AVER VEDUTO l' Infermo costretto a caminare curvo, e contorto*. De Chirurgorum judicio auritus quidem est, sed immediate ab ipsis, addens *came mi dicevano i Professori, era irrimediabile*. Ut ergo in hoc referendo judicio primum probationis gradum obtinet, ita in secundo Miraculi extremo, de quo Testis de visu fuit, ut cit. pag. 59 in fin. et seq. = *IO MI TROVAI PRESENTE quando etc. I Chirurgi Signor Luigi Verzolini, e Signor Niccola Rolli avendo denudato il petto del risanato, FU VEDUTO, che non ostante, che si calcasse fortemente colle mani, e si percuotesse la parte una volta inferma, non ne risentiva il Sanato alcun dolore, onde giudicarono, che fosse perfettamente guarito con un vero Miracolo, perchè un male così inveterato era assolutamente incurabile*. Instantaneam autem sanationem, ejusque perseverantiam de propria scientia deponit *Sum. pag 6a. post* §. 363 = ubi = *Posso testificare di AVER VEDUTO ALL' ISTANTE Fra Pietro Canali dopo la sua guorigione ritornar subito a tutti gli esercizj monastici, mangiare qualunque sorta di cibi, e non aver sentito più alcun male alla parte una volta offesa, ma ha sempre goduto una perfetta salute*.

115. Appellaverit tandem Rinus Monasterii Abbas P. Carmassi quoad ulceris symptomata et gravitatem, = *alle relazioni, che mi venivano fatte dai Professori* =, neque unquam ante sanationem ulcus viderit *Animad. cit.* §. 11. *in fin.* de visu tamen deponit gravia illa symptomata et adjuncta, quæ sub visus sensu cadebant inquiens *Sum. pag.* 74. §. 452. exadv. cit. = *Era ben infelice lo stato dell' Infermo, che soffriva oltre gl' incommodi lacali prodotti, e conseguenze necessarie della piaga anche continuo affanno di petta senza poter giacere nel lato offeso, ne potendo caminare colla vita eretta, ma costretto ad andare curvo, e contorto, ne poteva liberamente operare facendo quel poco, che poteva con difficoltà ed incommodo, teneva un regime di vita, quale suol pratticarsi dagl' Infermi* =. Quoad vero Miraculi medium, alterumque extremum testis est præstantissimus, utpote de facto proprio, deque visu deponens. Is enim fuit invocationis auctor; is eam ægroto suo servitio addicto suasit cum = *disperandosi dai Professori la restituzione di salute o dalle forze della natura, o da presidj, che possono somministrarsi dall' arte, altra rimedio non rimaneva, che di ricorrere al Divini* =. *Summ. pag* 75. §. 454. Quod vero ad sanationem spectat, ejusque perfectionem oculatus est *Sum. pag.* 77. *init.*, *et pag.* 78. §. 470. = ibi = *AVER VEDUTA la cicatrice perfetta, ove fu la sede del male, ed essere stato lo il mezzo, di cui Iddio si è servito, affinchè il B. Alfonso di Ligoria operasse il prodigio* =. Et post §. cit. = *AVENDO io dopo seguita la sanazione VEDUTA la superstite cicatrice, ov'era stata la fistola ec.* = Et pag. 79. §. 476. = *Il solo segna che è rimasto del male sofferto, è la semplice naturolissima cicatrice, come IO VIDDI* =.

116. Hæccine loca, ex quibus eruitur expungendos laudatos Testes utpote deponentes de auditu dumtaxat? Si in aliquibus auriti sunt, primum obtinent probationis gradum, ut sæpe diximus, quia

quia de Peritorum judicio immediate ab ipsis accepto deponunt. In cæteris vero eumdem gradum obtinent, quia sunt oculati. Ad rem cum Chrisostomo Lambertinius advertit *lib. 3. cap. 7. num. 10.* = ibi = *Si vero in Miraculis non omnes omnia dixerunt, sed alius hæc, alius illa NE IDEO TURBERIS. Nam si unus omnia dixisset, superfluus esset reliquorum numerus* =. Et Castellinus *de inquisit. Miracul. pag. 64.* advertit = *Regulariter, et ordinarie ESSE USITATUM, ut unus vel alter non exprimat omnia etc. quod unus omisit, alius explicavit.*

117. Si morborum diagnosis ad Peritos spectat, non vero ad Testes, optime Valetudinarius, atque Sanatus ulcus dixere *fistulosum*, quia tale Periti definierant, penes *Animad. §. 12.*, ubi Valetudinarius ait. = *Il giudizio, che formarono i Professori Chirurgi della piaga fu, che la giudicarono fistolosa, e pericolosa, e disperavano della salute del malato* =. Attamen quia Peritorum judicium pendet a morbi symptomatibus; hæc vero symptomata aliorum quoque oculis patent; hinc idem Valetudinarius de fistula haud deponit ex Peritorum tantum judicio, sed ex symptomatibus, quæ ipse etiam utpote oculatus viderat, ac præsertim fætidæ saniei copiam, angustumque orificium. *Sum. pag. 55. §. 329.* = ibi = *La piaga fistolosa era più o meno circa la grandezza di mezzo bajocco sotto la mammella sinistra, la quale tramandava* SEMPRE PEGGIORI MARCIE PUZZOLENTI *framischiate con sangue pesto* =. Et pag. 57. §. 344. = *Coll' introdurre la sponga per dilatar* L'ORIFICIO RISTRETTO *alla circonferenza di circa mezzo bajocco*, NON SI POTE' MAI OTTENERE LA DILATAZIONE, *perchè appena estraevasi la sponga*, L'ORIFICIO *della piaga* TORNAVA ALL' ORDINARIO, E SOLITO STATO =. Et pag. cit in fin. = *Seno aperto tra la quarta, e quinta costa vera, fistoloso*, GEMENTE MARCIE ICOROSE =. Hoc revera est pathognomonicum fistulæ signum, atque symptoma, juxta Heisterum Instit. Chirurg. par. 1. lib. 5. de ulcer. §. 84. = ibi = *Ea quidem ulcera quæ altiora sunt, sed angustiora tamen, et speciatim* ANGUSTO ORE *sive principio*, SINUS *aut* FISTULÆ *dici* PROPRIO NOMINE *consueverunt* =. Et §. 87. = ULCERA FISTULOSA *dicere ista suevimus, quæ altius paulo vel sub cute, vel inter musculos penetrant, præsertim ubi* SINUS AMPLIOR, EXITUS ANGUSTIOR =.

ANIMAD. §. 12.

118. Eodem quoque modo si Sanatus retulit suum ulcus pronunciasse Peritos *fistulosum Animad. cit. §. 12.* addit tamen rationes atque ea symptomata de facto proprio, quæ fistulam probant, inquiens *Sum. pag. 61. §. 367.* = *Due piaghe, la superiore delle quali fra non molto si chiuse, restando l'altra più sotto a modo di VERA FISTOLA della circonferenza di un quadrino, da cui CONTINUAMENTE USCIVANO SANGUE E MARCIUME, E SI APPROFONDAVANO* =; Et *pag. 63. §. 384.*, et *pag. 64. §. 389. La fistola non solamente era superficiale, ma APPROFONDAVASI sotto la costa PER LA PROFONDITA' DI QUATTRO DITA verso la parte destra* = Et §. 392. = *La piaga si mantenne sempre nel suo cattivo stato TRA-*

MAN-

MANDANDO quando più quando meno MARCIE ED UMORI MALIGNI. Verso la fine, cioè circa i primi di Ottobre aveva preso una più cattiva natura, la qual cosa si conosceva dalla MAGGIOR QUANTITA' DELLE MATERIE CORROTTE, CHE TRAMANDAVA. La piaga si mantenne sempre aperta, sebbene talvolta RESTRINGEVASI L'ORIFICIO di essa in proporzione de' corrosivi, che vi si applicavano =. Et *pag.* 66 § 406. ubi rationem reddit qua Periti fistulam judicarunt = ibi = *La piaga venne pure giudicata fistolosa dai Professori ESSENDOSI IL DI LUI ORIFICIO RISTRETTO alla circonferenza di un quadrino, che se veniva dilatato coll'introduzione della sponga preparata, TORNAVA ALLA MEDESIMA PICCOLA DIMENZIONE appena veniva estratta quella. LE MATERIE che scaturivano ERANO per certo MAGGIORI DI QUELLO DOVESSERO USCIRE DA UNA PIAGA DI COSI' RISTRETTO ORIFICIO* =. Quod quidem alterum est Fistulæ sinusque signum traditum a Gortero Chirurg. § 1321. *num.* 6. = ibi = *SI MAJOR COPIA PURIS, aut ichoris erit, QUAM FIERI POTEST PRO RATIONE MAGNITUDINIS sentiendum est vel plures esse cuniculos, vel LATITARE SINUS* =. Cui cohæret Svvietenus ad Aphor. 414. *Si puris magna copia per parvum tale orificium exeat, satis patet amplum debere locum esse, in quo pus illud hæsit* =. Sennert. *oper. tom.* 4. *part.* 1. *cap.* 2. Heister. *Instit. Chirurg. tom.* 2. *sect.* 3. *cap.* 168. §. 1.

119 Quæ cum ita sint commendandi venit utriusque Testis, Valetudinarii scilicet, et Sanati religio, quod symptomata ab ipsis visa, a Peritorum judicio de Insanabilitate secreverint, propterea que dixerint; alter *non saprei poi da quali ragioni i Professori venissero mossi a formare di questa malattia un' idea piuttosto, che un'altra, non essendo cosa di mia cognizione* = Alter vero = *Non saprei poi dire la causa di questo stato peggiore del primo* = Animad. §. 12. = Peritorum nimirum judicium de insanabilitate eisdem innotuerat de auditu immediato ab ipsis; rationes vero quibus ii morbum insanabilem pronunciaverant, sub eorum sensibus non cadebant, sed ab eorum Chirurgica scientia pendebant. Notum autem est quod *ad Testes non pertinet ferre judicium an et quomodo factum individuum excedat vires naturæ*; inquit Benedictus XIV. *lib.* 4. *Cap.* 49. *num.* 5.

120 Quorsum tamen hæc? perinde ac si singularum hujus ulceris conditionum *directæ* probationis prospectum non exhibuerimus? *in prima Resp. a pag.* 47. *ad* 62. = ubi legenti patet quid Testes de visu propriaque scientia retulerint, quidque de auditu immediato a Chirurgis. Itaque ne cogamur rerum acta reagere, jamque dicta repetere, dignentur humanissimi Judices in eumdem prospectum, sive *symptomatum syllabum* loc. cit. oculos tantisper convertere, atque uno illorum conjectu facile percipient nullum esse symptoma sive qualitas Ulceris *fistulosi*, *sinuosi*, *callosi*, *cariosi*, quæ per Testes contestes DE VISU probata non sit.

121 Quanti faciendum sit Fabrianensis illius Chirurgi judicium de

ANIMAD. §. 3.

Ulceris insanabilitate multo ante Sanationem latum de qua *Animadversio* meminit §. 13. satis probat illius nominis peritiaque celebritas qua per Picenam Provinciam inclarescebat. Et si enim is Inquisitionis tempore jam vita functus formiter examinari nequiverit, de illius tamen judicio constat ex Testibus, uti ipsa *Animadversio* refert *cit.* §. 13., ac præsertim ex ipso Sanato qui immediate ab ipso Chirurgo ejus sententiam adivit *Sum. pag.* 61. §. 366. = ubi ulcus *si approfondava tanto, che il Signor Professore e Chirurgo di Fabriano in ora defonto, che serviva già il Monastero, e le principali Famiglie della Città, introducendo lo specillo s' internava fino per quattro dita. Mi ero poi portato a bella posta in Fabriano su detto per consultare il riferito PROFESSORE DI MOLTO GRIDO e farmi da lui curare, ma veduta la qualità della fistola non volle prestarsi, e LA DICHIARO' INCURABILE*; cui consonat Valetudinarius *Sum. pag.* 54. §. 319.

122 Ex hoc vero uno Sanati testimonio, qui est *di carattere sommamente ingenuo ed incapace di rappresentare una cosa per l'altra* Sum. pag. 80. §. 480. atque est præditus *di delicatezza di coscienza*; teste Rino Abbate *Sum. pag.* 76 *init. et* §. 460. *pag.* 79. *post* §. 475. directe probatur illius celebris Chirurgi judicium, licet haud formiter examinati, quia de eo deponit Testis de facto proprio, ejusque depositio adminiculatur a Valetudinario. Non enim unus est inquirendæ veritatis modus, neque Judex ad unam probationis speciem animum debet intendere; in *Can. si Testes* §. *sæpe caus.* 4. *quæst.* 2. = ibi = *Non ergo ad unam probationis speciem cognitionem Judex alligare debet sed ex sententia animi sui existimare quid probatum opinetur*. Hinc Jure sancitum est Testi de facto proprio deponenti plenam adhibendam esse fidem; uti præcteris Rota *cor. Falconer. de rebus creditis Decis.* 5. *num.* 4. = ibi = *Huic Testi* QUAMVIS UNICO *eo magis* ADHIBENDA EST FIDES QUIA DEPONIT DE FACTO PROPRIO; necnon coram Molines *Decis.* 1038. n. 107. Tom. 4. = *Depositio unius Testis* PLENAM FACIT PROBATIONEM. Et Decis. 1101. num 6. *Cum explorati Juris sit, unius Testis assertionem adminiculatam sufficientem constituere probationem*.

123 Si Sanatus utpote immediate auritus a Fabrianensi Chirurgo judicium de insanabilitate ab eo latum directe probat, probarent item Sanatus ipse, Valetudinarius, Monasterii Abbas, aliique Monachi alterius Calliensis *Chirurgi Rolli* judicium de eadem ulceris insanabilitate immediate ab eo eisdem manifestata, quia et ille Inquisitionis tempore jam vita cesserat. Nonne ergo major probatio redundat ex illius jurato testimonio coram Calliensi Antistite in scriptis dato, quam si privatim tantum coram Testibus dedisset? Nam ad rem observat Hieronymus *Epist.* 9. *lib.* 1. quod = *Dum scribimus sæpe stylum vertimus, iterum quæ legi digna sint scripturi: dum dicimus quidquid in buccam venerit celeri sermone convolvimus*; et confirmat Pignatellus *tom.* 4. *Consult.* 42. *num.* 39.

Quæ

124 Quæ cum ita sint, eccur Animadversio iterum in eo est, ut Chirurgi Rolli testimonium expungatur? Si mehercule expungeretur, quodnam ipsi emolumentum obveniret, cum æque Illius judicium per Testes immediate ab eodem auritos probaretur? dixerit quidem ille testimonium coram Ordinario potius quam Apostolico Judice *Animad. cit. §. 13.* = Dixit tamen jurisjurandi vinculo adstrictus; ut *in Ord. Proc. pag. 5. ter.* = ibi = *Nicolaus Rolli Chirurgus publicus in Civitate Calliensi PRÆSTITO ejusdem veritatis JURAMENTO tactis etc. exposuit ut sequitur*; Neminem autem latet veritatis testimonium in juramento consistere, non vero in recipiente juramentum; ceu docet Card. de Laurea *in Suffragio edito in Causa S. Jo. de Prado §. Iste* = ibi = *Ecclesia exigens veritatem dicti alicujus Testis, videns TESTEM DE VISU JURASSE, et in testem sui dicti Deum advocasse, existimat TESTEM ILLUM VERA DIXISSE etc. per accidens enim se habet quod quis juret coram Ordinario vel Delegato Apostolico se veritatem dicere quia VERITAS FUNDATUR IN JURAMENTO NON VERO IN RECIPIENTE JURAMENTUM*; multoque magis quia Testes formiter examinati eadem confirmant, quo in suo testimonio Rollius exposuerat, quo in casu idem habendus est perinde ac si coram Apostolico Judice deposuisset; uti docere pergit idem Card. de Laurea *in cit. Voto* = ibi = *Videns autem Ecclesia plures CONTESTES esse, si mortui sint RECIPIT eos ita AC SI CORAM APOSTOLICO DELEGATO jurati id dicerent.* =

125 Id vero vel magis obtinet in hac facti specie, in qua doctus Sacer Calliensis Antistes *Cingari* non ad animi sui instructionem, sed ad informandam de hoc Miraculo Apostolicam Sedem, tum Rollium, tum alios Testes examinavit = *Gradatte esser questo un Fatto da doversene aver ragione, e di verificarlo* Sum. pag. 76. §. 61.; quo in casu eadem *acta tamquam jura Canonizationis possunt PRO LEGITIMIS PROBATIONIBUS inservire*, docet Pignatell. *tom. 1. Consult. 214.* et in *præter. Resp. pag. 71.* Hinc Benedictus XIV. Miraculum probavit in Causa *S. Jo. Franciscæ Fremiot de Chantal*, de quo post Causæ introductionem Aurelianensis Episcopus auctoritate ordinaria Processum confecerat, *decreto edito die 31. Augusti 1751.* apud eumdem Pontificem *Oper. tom. 6. Append. 2. super Mirac. edit. Romæ pag. 478.* ubi = *Cum Processus iste a Vero Fratri Episcopo Aurelianensi non quidem in spretum sed potius in obsequium Apostolicæ Sedis constructus appareat; nos etc. PROCESSUM ipsum PRO VALIDO ad effectum de quo agitur HABERE non recusamus.*

126 His et illud accedit quod Chirurgi Nicolai Rolli jurata attestatio in Apostolicum Processum compulsata fuerit; ut *in cit. Proc. fol. 182. ter.* et fuse *in prima Resp. pag. 72. §. 161.* ex qua quidem compulsatione recepta prius testimonia ad juridicæ probationis gradum elevantur, et plenam cum Testibus formiter examinatis probationem constituunt; uti ponderat idem Benedictus XIV. *lib. 2. cap. 52. num. 7.* = ibi = *Regula*

generalis est ad effectum ut scriptura compulsanda AD MITTI VALEAT AD CONSTITUENDUM GRADUM PROBATIONIS desumi debere etc. . . . Ponderatum fuit relationem adamussim CONCORDARE CUM SUMMARIO TESTIUM

127 In Causa quidem Septempedana *B. Pacifici a S. Severino*, cujus judicium de Miraculis ad obtinendam Canonizationem absque postremis Animadversionibus nuper absolvimus, Inquisitionis tempore vita cesserant duo Medici, duoque Chirurgi qui ægrotam curaverant, unusque superfuerat Medicus qui rogari in Processu potuit, compulsatis defunctorum attestationibus non coram Ordinario, sed simplici Notario datis. Licet vero animadversum fuerit in *prim. Animad. super Miraculo I. pag. 3. §. 10.* = ibi = *Decesserant Medici Malpedius, et Gentilius: decesserant Chirurgus Casar Thomassutius, alterque Vincentius Barbetti; unus dumtaxat superstes erat Aloysius Brunelli qui rogari in Processu potuit*; respondentibus tamen nobis necessarium non esse, ut Medici omnes, Chirurgique qui ægrotam visitaverant formiter rogarentur, sed unum sufficere Medicum qui a curatione fuerat; itemque sufficere defunctos juratas suas attestationes reliquisse cum examinatorum Testium depositione concordes; *in prima Resp. illius Causæ pag. 16. §. 40. ad plures seqq.* = Animadversio siluit. Multo ergo potiori jure silere in hac Causa debuisset, in qua Rollius testimonium non coram Notario, sed coram Ordinario Judice dixit; atque ille qui semper ægroto a curatione fuerat Chirurgus *Verzolinius* coram Apostolicis Judicibus testimonium dixit ut *in præt. resp. pag. 68. §. 152. et seqq.* Ia enim fuit qui infirmum curavit, uti Testes omnes deponunt, ac præsertim Sanatus *Summ pag. 61. §. 366. et 368.* ubi ait quod consulto Fabrianensi Chirurgo *ritornato al Monastero dell' Avellana il Chirurgo della Serra Signor LUIGI VERZOLINI PROSEGUI A CURARMI ma inutilmente*; et confirmat Bifius Abbas *Summ. pag. 68. §. 469* = ibi = *Il Verzolini CHIRURGO del Luogo, e DELLA CURA.*

128. Sed ipsi Curæ Chirurgo Verzolinio exprobrat dedisse ulceri causam utpote qui *applicò alla parte offesa una coppetta a fuoco con un rasoja* = quodque = *per tale medicatura andò a formarsi una piaga, la quale medicò molto; ma inutilmente* = Animad. §. 13. *circ. med.* = Ad rem et scite exceptioni Excellens Peritus pro veritate occurrit scribens in *suo Voto* §. 25. quod *non de causa morbi sed de morbo ipso quæstio introducitur quem reapse extitisse et diuturnissime periculosiorisque naturæ fuisse etc. demonstravimus* Satis autem ab hac censura Verzolinium vindicavimus cum ejus inde peritiam ostendimus *in præter. Resp. pag. 75. a §. 168. ad 173.* Probavimus enim non statim a lapsu ægrotum advocasse Verzolinium, sed multo postea; uti ait Sanatus *Sum pag. 60. §. 331.* = ubi = *Nel Mese di Decembre etc. caddi ec. Provavo gravissimo dolore per la percossa fatta; alcuni giorni dopo poi apparve nell' esterna del petto, e particolarmente nella parte che ricevè la percossa un GONFIORE, e noce DI COLOR BRU-*

NO

NO che mi cagionava anche esternamente dolore alla parte. DISSIMULAI LA COSA PER QUALCHE GIORNO; ne chiamai alcun Professore, ma veduta la riferita gonfiezza ec. non mi ricordo se fosse nel Decembre sudetto o NEL PROSSIMO GENNARO; FU CHIAMATO il Sig. Luigi PERZOLINI; et cohaeret idem Verzolinius *Sum. pag.* 49. §. 292. = ibi = *E' verissimo che NEL GENNAIO 1816. applicai alla parte offesa una coppetta a taglio.*

129. Hanc vero incisionem Verzolinium instituisse constat, ut humoribus atque extravasato sanguini exitum daret, ut idem sanatus refert *Sum. pag.* 63 § 383. = ubi = *Il Chirurgo Verzolini giudicò che l' enfiaggione derivasse dal SANGUE COAGULATO nella parte offesa, che rendeva LA PARTE offesa ENFIATA NERICCIA.* Et revera subdit Valetudinarius *Sum. pag.* 64. §. 317. = ibi = *Il Sig. Verzolini Chirurgo gli applicò alla parte offesa una Coppetta a taglio me presente; e GLI USCI DEL SANGUE COME PESTO E NERICCIO.* Non temere autem neque imperite, sed juxta Chirurgicae Artis praecepta nigrum tumorem Verzolinius incisit, docente Svvieteno *ad Aphor.* 336. = ibi = *Superest UNICUM hoc, si manibus accessus detur ad locum contusum ut APERTURA FACTA DETUR EXITUS effusis humoribus et benigna suppuratione depuretur locus et ad conditionem vulneris puri redigatur* = Et prius *ad Aphor.* 332. = *Liquidum extravasatum tollendum esse GENERALIS INDICATIO IN OMNI CONTUSIONE jubet, si v. gr. DISCISSO LOCO CONTUSO exitus detur effuso cruori.* Idque statim et subito esse exequendum idem Svvietenus docuit *ad Aphor.* 406. *init.* = ibi = *QUANTOCIUS pus illud collectum DEBEBIT EDUCI etc. tum sensim incipit degenerare, et QUOTIDIE IN PEJUS mutari. Extra vasa enim haeret, neque amplius circulationis legibus subjacet, sed STAGNAT et calore loci spontaneam mutationem sequitur, quae IN PUTREDINEM vergit.*

130. Non ergo Verzolinii imperitiae tribuendum quod ulceri ansam dederit. Ars enim Chirurgica incisionem jubet, ut *benigna suppuratione depuretur locus et ad conditionem vulneris puri redigatur*; ceu superius ex Svvieteno ostendimus *ad Aphor.* 336. Si vero benigna suppuratione nigricans tumor depuratus non fuit, neque ad conditionem puri vulneris redactus, non ab incisione id accidit, sed ex longa mora quae inter lapsum, et incisionem intercessit; uti sanatus ipse fatetur inquiens cit. Sum. pag. 60. §. 365. = *dissimulai la cosa per qualche tempo nè chiamai alcun Professore*: distulit nimirum per menses; lapsus enim fuerat mense Decembri anno 1815. et Chirurgum Verzolinium accivit Mense Januario anno 1816.; cum nimirum IL MALE SEMPRE PIU' SI AGGRAVAVA OBBLIGANDOLO DI STARE AL LETTO *fu costretto manifestarlo: e si mandò a chiamare il Sig. Verzolini Chirurgo*, inquit Valetudinarius *Sum. pag.* 53. *in fin. et seq.* Hac propterea mora factum, quod tunc fuerit tumor incisus

cum

cum jam effusus sub cute cruor humoresque in purulentam materiam degenerverant; docente Sennetto *lib. 2. part. 2. Cap. 19. §. Curatio* = ibi = *Maturato abscessu, ut natura rumpatur opera danda* NE PARS PARTEM AMPLIUS CORRUMPAT; et Cap. cit. Quest. 1. in fin. = *Natura nunquam est otiosa, ea* MATERIAM PURULENTAM *quamdiu in corpore haeret magis magisque elaborare nititur*; et Benedictus XIV. *lib. 4. part. 1. Cap. 15. num. 14.* cum Boneto monet *Paucis aut vix ullis esse auxilio (paracentesim) aut quia non fit, aut quia* FIT MULTO TARDIUS *quam oporteret.*

131. Adhuc tamen Animadversio urget e Testium albo expungendum Verzolinium utpote in dicendo haud sibi constantem, sibique contradicentem dum ait *non ho mai tentato, anzi mi sono sempre guardato di distruggere la parte callosa della piaga perchè ho avuto timore fondato e della cangrena, e dell' emorrgia, e del taglio dell' Arteria*; alias vero asserit, *mi ricordo ancora di avere usato il caustico della pietra infernale per distruggere la parte callosa* = Animad. cit. § 13. *circa fin.*

132. Esto haec contradictionem includere. Nulla tamen lege sancitum est ob contradictionem expungendos Testes; imo vero contra leges jubent quamlibet fieri debere interpretationem per ipsum etiam verborum supplementum ad contradictionem evitandam ipsosque Testes admittendos, prout docent Forster *de interpretat. Jur. lib. 2 Cap 4. num. 4. et seq.* Felin. *in Cap. Cum tu num. 13 de Testibus* Constantin. *Vot. decis. 293. num. 73. et seq.* Menochius de Praesumpt. *lib. 5. praesumpt. 23. num. 12.* = ibi = *dicta Testium sunt juvanda non cavillanda.* Rota coram Falconerio *tit. 40. decis. 5. num. 7.* et in Recent. *Decis. 223. num. 12. part. 12. decis. 260. num. 10.* Coram Gregorio XV. *decis. 202. num. 11. decis. 471. num. 6. et 7. et decis. 487.*

133. Nulla tamen verborum interpretatione vel supplemento Verzolinii depositio indiget, ut ab ea contradictio arceatur, quae nonnisi industrie et per jocum Animadversio fingit. Non enim is affirmat nullo modo calli destructionem tentasse qui caustico tentasse narrat; negat vero tentasse *FERRO, per fondato timore DEL TAGLIO dell' Arteria.* Id jam praenotatum in *praeterita Resp. pag. 81. §. 185.* pro sua peritia atque scientia Chirurgus Peritus confirmat in suo *Vot. super Mirac. II. §. 27.* = ibi = *Adeo distat ut a callosae alicujus substantiae inustione hemorrargiae timendae sint, quin potius princeps ad ipsas cohibendas remedium causticum praebeat atque suppeditet. Clare dicit Chirurgus arteriae (mammariae scilicet) recisionem veritum fuisse* = Ho avuto timore del taglio dell' arteria = *quod secanti ferro apprime quadrat, urenti caustico tribuere ridiculum esset, ipsique haud convenire lippis etiam tonsoribusque notissimum.*

134. Germanam hanc esse Verzolinii verborum significationem tum alias ipse, tum Testes apertissime significarunt, concordi vocum serenitate utrumque sese omnino incisioni contrarium exhibuisse. *Sum pag. 50. §. 296.* ubi Verzolinius ait = *Io ho opi-*

ne

nato sempre che IL TAGLIO fosse pericolosissimo, e per la muscolosità della parte, e per L' ARTERIA VICINA. = Sanatus Sum. pag. 61. §. 370. = *Il Sig. Nicola Rolli ec. suggerì per rimedio il solo TAGLIO il quale però NON SI APPROVAVA ne da me, ne DAL VERZOLINI sul timore che si andasse ad incontrare maggiori disastri PER LA VICINANZA DELL' ARTERIA, e perchè si doveva tagliare un pezzo di costa* = Et pag. 67. §. 410. *A QUESTO TAGLIO io non volli assoggettarmi, anche perchè MI SI RAPPRESENTAVA DAL SIG. VERZOLINI PERICOLOSO, sebbene il medesimo Sig. Verzolini giudicasse il male affatto incurabile.* Et confirmat Rutus Abbas Sum. pag. 73. §. 448. = *Solamente restava di venire AL TAGLIO della parte offesa, lo che peraltro non fu eseguito ec. per il giudizio CONTRARIO del Chirurgo della Cura VERZOLINI, il quale ec. lo credette assai pericoloso a motivo del locale della piaga con L'ARTERIA VICINA.*

135. Exagerasse item Verzolinium Animadversio repetit dum tumorem dixit tantæ molis *quanto una buona pagnotta* = Animad. *cit.* §. 13. *in fin.* = Nonne huic jam exceptioni occurrimus cum demonstravimus *de diverso tempore* ambos fuisse locutos? *praeter. Resp. pag.* 80. *per tot* Eccur ergo nuda redit exceptio quin ulla replicatione infirmetur? Diximus jam iterumque dicimus Sanatum descripsisse tumorem *della grandezza di una noce* in ipso suo ortu, cum Chirurgum nondum acciverat, quem accivit post mensem *Sum. pag.* 60. §. 365. = ibi = *Apparve nella parte che ricevè la percossa un gonfiore o escrescenza rappresentante LA GRANDEZZA DI UNA NOCE di color bruno, che mi cagionava anche esteriormente dolore alla parte.* DISSIMULAI LA COSA PER QUALCHE TEMPO NE' CHIAMAI ALCUN PROFESSORE. Id accidit mense Decembri anni 1815. quemadmodum alias diximus, et Chirurgus Verzolinius accitus fuit mense Januario anno 1816 ut ipse Sanatus refert *loc. cit.* et Verzolinius confirmat *Sum. pag.* 46. *post* §. 270. *et pag.* 49. §. 292. His accedit Valetudinarius *Sum. pag.* 53. *in fin. et seq* inquiens = *Qual contusione* EGLI NON MANIFESTO' PER ALLORA. *Ma vedendo che* IL MALE PIU' SI AGGRAVAVA OBBLIGANDOLO DI STARE A LETTO *fu costretto a manifestarlo, e si mandò a chiamare il Sig. Verzolini Chirurgo.* Itaque si tumor erat initio *della grandezza di una noce* non ejusdem molis erat post mensem, quo accitus Verzolinius fuit, cum jam ad molem pervenerat *di una buona pagnotta*. Quid, quaeso, exageratum? Imo vero quid potius quidve magis naturae legibus consentaneum? Quo enim magis effusi humores sub integra cute stagnant eo magis panniculum adiposum distendunt, ut Swietenus docet *ad Aphor.* 329. Quamobrem et ipse Cll. Peritus confirmat Verzolinium tumorem vidisse in ejus *stadio flugistico seu inflammatorio*, quo jam tantae molis erat *quanto una buona pagnotta*; ut in ejus *Voto pag.* 9. §. 29.

136. Quid, Animadversio interrogat, de ultimo morbi statu, de quo po-

ANIMAD. §. 14. potissimum est inquirendum? = *Animad.* §. 14. = Quid, regero, de postremo illius morbi statu inquirendum qui jam a Peritis omnibus tamquam insanabilis fuerat conclamatus?

Curae Chirurgus Sum. pag. 47. init. = *Il male era tanto* INCURABILE, *che a meno di un Miracolo* L'INFERMO ANDAVA SICURAMENTE A PERIRE, *e qualunque rimedio dell' Arte era inutile* = Et pag. 48. §. 283. = *Giudicai, che la piaga fosse* INSANABILE, E MORTALE *ec La piaga si mantenne sempre fistolosa, callosa, e marciosa, cosicchè la dichiarai* AFFATTO INCURABILE.

Valetudinarius Sum. pag. 55 §. 324. = *Semprepiù andava di male in peggio, come vedevo coi miei proprj occhi* = et §. 325. = *Il giudizio, che formarono I PROFESSORI CHIRURGI della piaga di Fr. Pietro, che DISPERAVANO DELLA SALUTE DEL MALATO etc. Propose il Rolli di venire al taglio che non fu mai eseguito.*

IV Testis Sum. pag. 59. §. 355. = *Mi dicevano i Professori, e gli altri, che ERA IRRIMEDIABILE.* = Et §. 357. = *Li Professori etc. la dichiararono IRRIMEDIABILE* = Et §. 350. = *Il male si era reso INCURABILE* = Et §. 350. = *Il male si era reso INCURABILE, E IRRIMEDIABILE.*

Sanatus Sum. pag. 64. §. 387. = *Dal Chirurgo di Fabriano FU' GIUDICATA INCURABILE. Rolli suggeriva il taglio, senza del quale NON POTEVO ASSOLUTAMENTE GUARIRE* = Et pag. 64. cit. in fin. = *Dai Professori medesimi sentivo dire che il male rendevasi INCURABILE per l' impossibilità di poter applicare i rimedj alla radice del male, ED IN QUESTO SENTIMENTO CONVENNERO TUTTI TRE* = Et pag. 67. §. 410. et seq. = *La guarigione FU DISPERATA AFFATTO DAI PROFESSORI.*

Reverendissimus P. Abbas monasterii Sum. pag. 74. init. = *Fè ritorno per la terza volta il Rolli a visitar l' Infermo ed osservata la parte, anch' egli convenne col Verzolini nel riputar ONNINAMENTE INCURABILE.* = Et pag. 74. §. 451. – *Sperimentata l' inutilità degli apprestati rimedj si ABBANDONO', L' INFERMO AL SUO DESTINO, lasciandosi LA PIAGA IN SUA BALIA* = Et §. 453. = *Come ho accennato di sopra da Professori veniva riputato (il suo male) DEL TUTTO INCURABILE* = Et pag. 57. §. 454. = *La già da Professori DISPERATA SUA GUARIGIONE.*

Chirurgus Consultus Nicolaus Rolli Sum. pag. 82. §. 488. = *Una fistola aperta sinuosa, marciosa, sollevata, inveterata, bisognosa di operazione, e taglio ec. Giudico dunque per coscienza, che il soggetto sia interamente guarito in forza di vero, e deciso MIRACOLO, che io chiamo volentieri DI SECONDA CLASSE.*

137 Cum vero morbus insanabilis est, ejus continuatio ad sanationem usque probanda non est, sed jure præsumitur; uti monet Menochius *lib.* 6. *Praesumpt.* 44. *num.* 1. = ibi = *Cum morbus est sui natura perpetuus, est insanabilis, hoc sane in casu vere praesumitur, quod eo SEMEL AFFECTUS, SEMPER AFFECTUS SIT. Ita sane docuit Alciatus EX SENTENTIA OMNI-*

OMNIUM DOCTORUM = Atquè inter Medicos observat Zacchias *quaest. medic. legal. lib. 2. tit. 3. quaest. 1. num. 14. et quaest, 14. num. 20.* = ibi = *Morbus suam seriem, ac typum servat. Nam hi morbi tales ex sua natura sunt, ut INTERMEDIO TEMPORE tales SANOS NON ESSE summo jure sancitum est,* = Et num. 22. = *Illis affecti minime sani vocandi sunt etiam in interpolationis tempore* = Et scite Benedictus XIV. *lib. 2. Cap. 4. num. 3.*

138 Quid vero quod in hac Facti historia de postremo ipso ulceris statu plene cumulateque constat? Ita sane.

Chirurgus Verzolinius Sum. pag. 48. §. 282. = ibi = *Lo stato della piaga fistolosa si era reso sempre più incurabile NEL TEMPO PROSSIMO ALLA REPENTINA GUARIGIONE.*

Valetudinarius Sum. pag. 55. §. 332. = ibi = *QUANDO L' INFERMO FU PRODIGIOSAMENTE GUARITO, LA PIAGA ERA DEL MEDESIMO CARATTERE di peggioramento, ora più ora meno di circa mezzo bajocco, ma SEMPRE APERTA E TRAMANDANTE IL SOLITO cattivo umore di marcia e sangue corrotto, ed in modo piuttosto abondante,* E DELLA STESSA PESSIMA INDOLE = Et pag. 44. §. 318. = IO COME INFERMIERE *ero presente a tutte le operazioni e medicature.*

Reverendissimus P. Abbas deponit tunc ægroto suasisse Beati invocationem, cum non alia spes erat nisi nullam sperare salutem. Sum. pag. 75. ante §. 454. = *Atteso lo stato infelice in cui trovavasi e* NON RINVENENDO ALCUNA UTILITA' *dall' applicazione de' rimedi, e* DISPERANDOSI DA PROFESSORI *la restituzione di salute, o dalle forze della natura o dai presidj che possono somministrarsi dall' Arte,* ALTRO RIMEDIO NON RIMANEVA, CHE DI RICORRERE AI DIVINI, *e che perciò ad esso* (B. Alfonso) *si raccomandasse colla fiducia di ottenere la già da Professori* DISPERATA *sua* GUARIGIONE.

II Testis Sum. pag. 52. §. 306. = *Quando il Coaverso Fr. Pietro Canali ricevette il miracolo* CONTINUAVA AD ESSERE AGGRAVATO *dalla fistola* NELLO STESSO STATO.

Sanatus de facto proprio Sum. pag. 64. § 392, = *La piaga* SI MANTENNE SEMPRE NEL SUO CATTIVO STATO *tramandando quando più quando meno marcia ed umori maligni.* VERSO LA FINE *cioè circa* I PRIMI DI OTTOBRE (quo miraculum accidit.) *aveva presa* UNA PIU' CATTIVA NATURA, *la qual cosa si conosceva dalla maggior quantità delle materie corrotte che tramandava. La piaga* SI MANTENNE SEMPRE APERTA *sebbene talvolta restringevasi l' orefizio di essa in proporzione de corrosivi che vi si applicavano* = Et pag, 67. §. 411. = *avendo essa piaga mostrata* MAGGIOR MALIGNITA' *e col color paonazzo tendente al negro, e con le materie più abbondanti e cattive e col* CONTINUO DOLORE *che producevanni.*

139 *AD PHYSICUM USQUE INSTANS Sanationis* in sua acerbitate perseverasse ulcus compertum est

Sanatus de facto proprio *Sum. pag. 72. §. 374. et seq.* cum narrasset valetudinem a B. Alphonso petiisse die Dominico *e entro otto giorni da incominciarsi dalla Domenica come sopra* = addit = *il Beato mi ottenne la guarigione in capo a soli sei giorni, e precisamente jù il Venerdì circa le ore Undici, e mezza. NEI PREDETTI SEI GIORRI, E PRECISAMENTE NEL GIOVEDI, E VENERDI MATTINA NON MI ACCORSI DI VERUN MEGLIORAMENTO, avendo NELLA STESSA GIORNATA di Venerdì MEDICATA LA PIAGA con filacci e Ceroto. DOPO MEZZ' ORA sentii cadere spontaneamente da loro, e filacci, e Ceroto, ch' erano sulla piaga, la quale TROVAI RIMARGINATA AFFATTO* = Et pag. 65. post §. 394. = *Io applicai alla parte offesa l'Imagine del B. Alfonso M. de Liguori la Domenica a sera . . . . Io continuai FINO AL VENERDI MATTINA sussequente NELL' ISTESSO STATO, e la piaga fistolosa nel detto VENERDI A MATTINA VERSO LE ORE UNDICI venne da me secondo il solito medicata con i soliti medicamenti AVENDOLA RITROVATA NEL SOLITO SUO STATO. Mezz'ora circa dopo simile operazione istantaneamente io mi sentii libero dal DOLORE, che forse in questi ultimi giorni era MAGGIORE DEL SOLITO. Mi accorsi essermi spontaneamente caduto il ceroto coi filacci, che vi avea posti MEZZ' ORA PRIMA, trovata la parte perfettamente sonata* = Et pag. 67. §. 413. = *Io riportai la guarigione miracolosa nella mattina del Venerdì susseguente non avendo IN QUESTI SEI GIORNI riportato alcun sollievo del mio male, anzi avendo PROVATO MAGGIOR DOLORE, che forse derivava dalla maggior quantità delle corrotte materie, che scaturivano dalla piaga.*

Rmus Abbas Sum. pag. 75. §. 453. ibi = *Nella notte, se non erro dei dieci Ottobre, o altro più vero giorno egli applicossi alla piaga la sudetta Imagine pieno di speranza di riportare salutevoli effetti. Peraltro le sue preghiere al momento non furono esaudite. Imperciocchè L'ESTERNO DOLORE, che provava NELLA PARTE OFFESA ec. VIEPPIU' SI ACCREBBE CON ESACERBARSI SEMPRE ALTRESI LA PIAGA; ma non pertanto egli depose la speranza.* = Et pag. 78. § 473 = *Fui ispirato di suggerire al medesimo di raccomandarsi all'intercessione del Beato, come Egli fece, senza ottenere però l'intento bramato, ANZICHE' come inteso, IL DOLORE, E TRAVAGLIO piuttosto SE GLI ACCREBBE* = Et §. 474. = *Qui mi si fa una interrogazione subalterna, e mi SI DOMANDA se allorquando il Converso Canali fece la promessa del Voto STASSE EGUALMENTE AGGRAVATO, RISPONDO CHE SI atteso quello aveva già inteso, che ALLA PRIMA PREGHIERA IL DOLORE E TRAVAGLIO ERASI piuttosto AUMENTATO.*

140 Si constat de postremo ulceris statu, idque præter necessitatem utpote insanabilis; si constat de illius perseverantia non modo ad invocationis instans, quod unum requiritur, sed ad physicum ipsum sanationis momentum, adeo clare continuatio ipsa probatur, ut Causa tali probationis nomine nulli omnino, non dicam anteferri, sed ne conferri quidem possit; neminemque corda-

datum esse arbitror, qui de hac re adhuc dubius haereat, nisi consulto oculos a Causae actis avertat. Tantum vero abest, quod haec morbi continuatio probanda sit per Peritos potius quam per alios oculatos Testes Contestes, ut contra sancitum sit nonnisi semiplene esse probandam; juxta Benedictum XIV. *lib.* 3. *Cap. I. num.* 12.

141 Quid ergo nostra interest inquirere quantonam tempore ante sanationem uterque Chirurgus, Rollius scilicet, ac Verzolinius vidisset ulcus? Mensis spatium intercesserit = *Animad.* §. 14. = Quid inde? Non alia certe ducenda illatio foret, quam alias bene multas sanationes a morbis per Curae Peritos conclamatis adscriptas fuisse Miraculis, quin de morbi continuatione constasset. Experientia enim docet, et ratio suadet, Peritos, conclamata jam aegrotorum valetudine et vita, a suis visitationibus cessare consuevisse. Ecquis tamen inde aegrotum sanatum suspicabitur, propterea quod ad illum jam conclamatum Medicus haud amplius accedit? Ita sane si in hac facti specie concederem Peritos per Mensem ante sanationem non vidisse ulcus, id nonnisi accidisse constat quia in insanabili ulcere erat eorum opera inutilis. *ANIMAD.* 14.

31 Probatum quippe fuit per nos quod abdominis maxime extensa, ac dira contusio, tam externa tegumentorum, ac musculorum, quam interna omnium abdominalium viscerum morbum constituat omnino insanabilem atq. lethalem, eo vel magis, quod in casu nostro contundentis corporis actio validissima fuerit ob maximum 150. circiter librarum pondus, maximumque impetum, quo dictum pondus super mulieris corpus impegerat. Ergo talis morbus neque cito, neque sero sanationem admittebat: Atqui lethalis hic morbus, vix implorato per aegrotam, B. Alphonsi patrocinio extemplo, ac temporis instanti absolute, perfecte, atque constanter avanuit nulla interposita critica evacuatione. Ergo sanatio haud viribus naturae adscribenda: Ergo miraculum.

32 Quod si etiam indulgeam possibilitatem admittens effectus omnino impossibilis, atque maxima benignitate concedam, morbum de quo sermo, sanabilem aliquo modo esse, miraculum tamen non corruit. Hipothetice enim admisso, quod pergravis morbus sanari posset, id tamen certum, axiomaticum est, non potuisse ipsum resolvi nisi longissimo temporis intervallo. Quid enim immensa extravasati sanguinis per cellularem, ac serosi humoris copia tam in externa abdominis regione, quam in interna potest ne ictu oculi ab absorbentibus vasculis attrahi, in circulationem reddi partesque adeo gravatas exonerare ita ut ne vestigium quidem morbi appareat? Summa nervorum compressio, indeque progenita paralysis potest ne cito resolvi, unde vitalitate organorum, et viscerum penitus restituta functiones corporis omnes ad sanitatis normam excerneantur. Lenta musculorum, membranarum, ac viscerum phlogosis ab attritu contundentis corporis producta potest ne momento temporis evanescere? Id certe repugnant rationi et experientiae. Cuique enim etiam Medicae artis prorsus ignaro notum est contusionem aliquantisper gravem, quamvis ea admodum circumscripta alieni membro sit ex. gr. vel brachio, vel manui, vel etiam, si placet manus digito, notabile tamen temporis spatium exigere, ut resolvi possit; et primo quidem lente tumor, et dolor imminuitur, et cessat, lentissime dein livescens, aut livescenti flavus color evanescit. Quid vero dicendum de validissima, profunda, externa internaq. contusione? non quidem dierum, non hebdomadarum, sed plurium mensium spatio opus esset ad talis tantaeque contu-

tusionis sanationem, siquidem sanari etiam posset, quod in casu nostro *impossibile* omnino censendum.

Probatum insuper fuit, quod luxatio femoris completa reponi absque perita Chirurgi manu viribus naturæ omnino non possit, adeoque absque artis præsidio insanabilis reddatur: Atqui luxatio completa phæmoris quæ ex præcipiti lapsu nostræ mulieri contigerat reposita integre fuit absque ulla manus admotione per B. Alphonsi invocationem: Ergo hujusmodi repositio *miraculosissima* habenda est.

33 Ergo nonnisi Scepticus dubitabit, quin instantanea sanatio, quam Antonia Terzia invocato B. Alphonsi patrocinio obtinuit, quæ permanens, ac absoluta, perfectaque fuit (Vide Summ.) duplex miraculum includat. Fuit enim miraculum omnino lethalium symptomatum subita evanescentia absque ulla critica evacuatione; miraculum quoque fuit luxati femori spontanea repositio. Quod si hæc prodigia non sunt; nulla unquam prodigia evenerunt, nulla in posterum evenient.

34 Id tantum modo superest ut nemque præclarissimi Censoris difficultatibus reponam.

Puto equidem, quod sapientissimus vir tales difficultates proposuerit non quidem objiciendi animo, sed ut Censoris munus expleret; nemo enim nisi cæcus in meridiana luce non videt. Audiamus tamen quæ exercitationis academicæ gratia contra miraculum Censor animadverterit.

35 Lit primo quidem ex ipsius mulieris narratione deducere conatur, quod ipsa post præcipitem lapsum non adeo sensibus destituta foret, ut virum suum, et mulierem Annam Masceri non cognosceret: Ait enim (*Sum.* §. 2) = *Io svenni, e mezza morta fui nel colpo, che ricevei nella caduta, ma come per Divina Misericordia si trovò presente detto mio Marito, ed Anna Masceri mia vicina, così a stento mi posero nel letto tutta sconquassata, che appena mi ricordo* =

36 Talis animadversio nil facit contra morbi gravitatem. Esto enim quod sensibus aliquantisper restituta infelix mulier languide maritum, atq. amicam cognoverit; quid inde tamen sequitur contra gravissimam abdominis contusionem, et contra femoris luxationem? Hi sunt duo morbi, qui miraculi subjectum constituunt. Nil vero istorum morborum gravitatem imminuit, quod cerebrum ita læsum non fuerit, ut irreparabilem sensuum abolitionem produceret. Morbi sedem non in capite, sed in abdomine posuimus. Ergo Censor canit extra chorum. Mirum sane non est, quod in præcipiti corporis lapsu una potius corporis pars, quam alia lædatur. Nil ergo afficit, quod in casu, de quo agitur, capiti mulieris maximum detrimentum non evenerit; maximum e contra abdomini contigerit. Certe si saccus tritico plenus non in abdomen, sed in caput impegisset, multo deterior capitis conditio fuisset, quam abdominis.

Sana-

Sanata mulier præterea languidam, ac labentem facti memoriam servat, dum ait = *appena me ne ricordo* = Non erant igitur integri adeo mulieri sensus post lapsum, ut probare nititur adversarius.

37 Narrare insuper poterat facta, quæ non viderat, sed quæ a marito, aliisque narrata audiverat.

38 Ut autem Censor præcipitis lapsus gravitatem, atque momentum imminuat animadvertit quoque, quod nulla acciderit post lapsum fractura, non exteroum vulnus, non effusio sanguinis non iocisura deturpans.

39 Facile autem est alteræ huic animadversioni occurrere. In præcipiti namque corporis lapsu modo contingit fractura, modo luxatio, modo vulnus modo sola gravis contusio; neque ratio sufficiens est, ob quam exclusive fractura accidere debeat, aut vulnus. Præcipitem infirmæ nostræ lapsum sequuta est femoris luxatio, et enormis abdominis contusio; quæ duo tantum abest, ut parvi momenti sint, ut imo potius insimul unita, sicuti jam abunde demonstratum est, lethalem infirmitatem, atque insanabilem efficiant.

40 Hisce positis de se corruit insiguis adversarii de morbo judicium quod nempe omnis infirmitas ad *deliquium* referatur odoramentis profligandum. Quid enim quæso simplex, ac fugax deliquium comune habet cum abdomine ioflato, atrolivescenti colore suffuso, ac enormiter contuso a poodere 150 librarum: quid comune habet cum deliquio constans anxietas, respiratio anhelosa, intestinorum paralysis, aliorum viscerum abdominalium læsio. Profecto saccus tritico plenus e sublimi loco in abdomen lapsæ mulieris impingens non deliquium odoramentis vincendum producit, sed deliquium cum morte commutandum. Neque medicus, qui curæ præerat, neque Chirurgus pro deliquio habuerunt Antoniæ infirmitatem, sed lethalem ipsam judicarunt, adeoque extremis refici Sacramentis curaverunt, mortemque declinare non posse arbitrati sunt. Quid tandem comune habet cum deliquio luxatio femoris? quid talis luxationis integra repositio cum odoramentis, et imaginationis vi? Quod si luxationes, et gravissimae contusiones aut odoramentis, aut imaginationis vi curari, sanarique possent, non Medicus, aut Chirurgus in auxilium essent vocandi, sed Aromatarius, et Poeta - Apage ineptias, ac nugas.

41 Denique, ut suum expleat munus Censor egregius infirmare miraculi robur conatur, asserens, neque Medico, neque Chirurgo fidendum esse, quidquid ipsi de morbi gravitate pronunciaveriot. Quod eoim spectat ad morbi universalis symptomata nil ab ipsis prolatum juxta Censoris mentem quod per deliquium explicari non possit. Quod vero pertinet ad femoris luxationem solum Medicum de visu luxationem affirmasse, Chirurgum vero de auditu a Medico, neque Medicum bene sup-

po-

positam luxationem explorare potuisse ob supinam infirmæ positionem.

42 Levissimæ sane sunt hujusmodi difficultates, ac nullius momenti. Et primo quidem simplex luxationis congnitio Medici æque ac Chirurgi propria est, et a pluribus aliis cognoscitur, et cognosci potest, qui neque Medici sint, neque Chirurgi. De re enim agitur sensibus obvia. Medicus sane reponere luxationem sæpe nescit; luxationem vero existere tam ipse noscit, quam Chirurgus: Medicus autem ingenue refert tam oculis, quam tactu observasse caput femoris extra acetabulum. Cur itaque in re quæ afficit sensus solius Medici fides non sufficiet? Sed Censor instat, in medium proferens difficultatem ex parte Medici observandi femoris luxationem ob positionem infirmæ machinæ horizontalem. Infirmissima profecto est hujuscemodi animadversio; posita enim quantumvis orizontali machina, nil facilius quam leviter flectere truncum e latere, ut luxatum femur oculis ac tactu explorari possit, nil facilius, quam cruris luxato fæmori respondentis deformitatem conspicere. Quapropter Celsi textus quin contra Medici observationem aliquid inferat, imo ipsam firmiorem, ac validiorem reddit. Varia enim quam Celsus sapientissime describit, cruris deformitas in luxatione varia, quoniam observatu facillima est etiam in horizontali machinæ positione idcirco nihil detrahit observandi luxatum femur facilitati, sed potius addit. Medicus igitur, qui asserit luxationem femoris tam oculis, quam tactu recognovisse, præter immediatam luxati femoris explorationem tam per visum quam per tactum, consecutivam inspectionem immediatæ conjunxit ad majorem judicii certitudinem, nempe cruris respondentis deformitatem; quod si modos inspiciendi, ac exploranti singillatim non descripsit, nihil ex hoc afficimur, qui enim aperte declarat luxationem oculis, ac manibus explorasse, præsumitur, quod omnis speciei sensibilia inierit experimenta, ut moris est; neque adversario ratio sufficiens præsto est præsumendi contrarium. Alia vero Censoris opinio, quod morbi symptomata referri facile possint ad deliquium jam satis, superque per superius allata a nobis declinata est.

43 Finem sermoni impono ea repetens verba, quæ superius protuli, quod si nempe sanatio quam obtinuit Antonia Tartia prodigiosa non sit, nec prodigia umquam evenerint, nec in posterum sint eventura.

44 Tu vero, Bme Pater, Artis salutiferae hunc quasi fœtum bonus accipito, et fructum laborum meorum exiguum licet, ac tenuem Tuæ æquanimitatis aura suffultum reliquis probari posse facito. Siquid enim est, quod placuisse Tibi, vel suspicari liceat, nemo est qui non libentissime complectatur. Apostolicam interim benedictionem humillime ante Tuos pedes provolutus, impertias oro.

M. A. Poggioli

NUCERINA PAGANORUM

CANONIZATIONIS

B. ALPHONSI MARIÆ DE LIGORIO

Fundatoris Congregationis SSmi Redemptoris, ac olim Episcopi S. Agathæ Gothorum.

CONSILIUM CHIRURGICO-FORENSE

QUOD PRO VERITATE EXARABAT PERITUS RENUNCIATUS

SILVIUS EQUES CLEMENTI

MEDICINÆ, ET CHIRURGIÆ DOCTOR, IN PONTIFICIA ROMANÆ SAPIENTIÆ UNIVERSITATE PROFESSOR, NOSOCOMII SANCTISSIMI SALVATORIS DE URBE PRIMARIUS, PONTIFICIÆ FAMILIÆ, ET PIÆ DOMUS INDUSTRIÆ CHIRURGUS PRIMARIUS PLURIUM ACCADEMIARUM SODALIS etc etc.

SUPER MIRACULO II.

An Sanatio Fr. Petri Canali Laici Professi Congregationis Camaldulensium ab Ulcere Fistuloso, Sinuoso, Calloso, et Carioso *in sterno ad prodigium referri debeat?* = Affirmative =.

BEATISSIME PATER

1 Cum Religio nostra sanctissima ut veris certisque enitet, atque à cæteris distinguitur, prodigiis, sic falsis dubiisque labefactari possit, ut cordatioribus omnibus notum est, atque concessum; sapienter admodum factum hinc est, ut præter ea, quæ circa facti veritatem, ejusdemque naturam ad tribunam revocantur a Beatorum Patronis, artis quoque medicæ peritos consulantur, qui pro rei veritate suum exponant de re controversa judicium, quod rationes etiam enumeret, ex quibus juxta cognitum naturæ ordinem rem haud cessisse de-

mon-

monstrent, seu, quod idem est, factum naturæ vires superasse, clarius indigitent.

2 Si quid interim est in universa medica scientia perfectioribus ipsis ejusdem cultoribus præ ceteris pertimescendum, id certe est, si quando circa prodigiorum æstimationem a jure peritis consuluntur; qua in re seposito quolibet partium studio, ipsaque, ut ita dicam, quam semper debemus erga Religionem nostram, reverentia, sententias suas non vanis, atque fallacibus conjecturis; sed veris certisque rationibus innixas libere exponere debent Medici, ut Sacramento quo obstringuntur prospiciant, sibique non solum, sed Religioni ipsi Ortodoxæ, cui student, penitius consulant.

3 Quod onus sane gravissimum debilioribus hisce nostris humeris impositum, ingenti ob id trepidatione cognoscimus, illudque adeo pertimescimus, ut nisi ab infinita propemodum, quam debemus Principi Eminentissimo Carolo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Odescalchio, hujus causæ Relatori, quem honoris causa nominamus, animi observantia detineremur, alacri, lubentique animo a proposito recederemus labore, veriti ne propter virium tenuitatem ea quæ decet ratione honorificentissimum præstare munus, dictoque, ut par est, obsequi possimus.

4 Libere tamen proferam, quæ sentiam, eaque omnia quæ ad controversum, quod in perillustri fontis Avellinæ Eremo Beati Alfonsi De Liquorio intercessione Religiosissimus Vir Fr. Petrus Canali obtinuit, prodigium comprobandum ex una, idemque infirmandum ex altera parte in medium adducta sunt, æqua lance perpendam, et rigida rationis, atque artis indagine existimabo.

5 Cumque omnis quæstio debeat a definitione proficisci, ut quid sit id, de quo loquitur, plane cognoscatur, recta ratio postulare videretur, ut in judicio de hoc Miraculo ferendo historiam morbi, ante omnia enucleare studeremus; ex ea enim genuina ejusdem indoles atque natura, melius apparere posset, planeque cognosci. Ast vero cum hæc graphice quidem atque exactissime elucubrata, ex actis probatissimis desumpta per amplissimum hujusce causæ Patronum, Sacro huic Ordini jam innotescat, ne crambem recoquere videar ad ejusdem votum, ut responsionem ad Animadversiones etc. § 138. et 109. remittam. Illud tantum sufficit animadvertere ex ea tandem id meridiana luce clarius constare Religiosum, de quo mihi dicendi facultas facta est, teterrimo, diuturniorique morbo detentum fuisse: ejusdem autem naturæ, ut *Ulcus fistulosum, sinuosum, callosum, cariosum* præseferret, idque concorditer non solum a peritis Chirurgis renunciatum esse, ut videre est in *Summ. per totum*, sed cum causa morbifica, symptomatibus, cum ipsa licet haud experta, consultatamen, curatione apprime consentire.

6 Nostrum itaque erit conditiones hasce morbosas separatim perpendere, deque morbi exitu, *absolute* primum, *relative* secundo loco disserere, idque auctoritate non solum peritidrum,

rum, qui in arte nostra magistri sunt, atque habentur, sed ratione præsertim ex ipsa morbi indole desumpta; adeo ut ubi morbum suapte natura convalescere haud potuisse demonstrabimus, luculentissimum jam in ipsius sanationis modo adesse prodigium demonstratum item erit, atque devictum. Quid! quod quælibet descripti ulceris conditio teterrimum morbum præsefert, adeo ut ejusdem sanationis veluti totidem miracula habenda esse quot hujusmodi conditiones sunt jure ac merito contendi potest, atque defendi? Sed de hoc paulo inferius. Veniamus ad causam.

7 Jam probatis factis inhærendo abunde constat sat validam ex præcipiti lapsu in sterno contusionem morbo occasionem præbuisse, seu quod idem est occasionalem fuisse causam morbi. Ast vero quid sit contusio, et quantum quandoque periculi portendat, otiosum esset hic inquirere: satis est, ad nostra quod refert, animadvertere majoris detrimenti, quæ in pectore locum habet experiri, ut habemus ex Clarissimo Sauvagesio (*Nosol. Meth. Class.* 1. §. 66 *num* 2.) ubi contusionem *quæ infertur pectori*, majoris periculi esse statuit, quod, etiamsi, ut Ipse inquit, nulla fractura illata sit, rumpuntur quandoque vasa sanguinem intus fundentia, ut fuse docet Svietenius in Comm. ad Boher. (Aphor. 336.) hisce verbis = fra„ ctis vasis sub cute integra, effusi humores panniculum „ adiposum replent, et distendunt unde tumor, et mollities „ partis contusæ conspectu, et tactu deteguntur =: in qua sententia mirifice conveniunt Gorterus, Heisterus aliique, quos ne nimius sim lubens prætereo. Nec rationi adversatur, immo apprime quadrat opinio Immortalis Galeni, qui „ per „ contusionem musculorum fibrillas discindi arbitratus est, „ quæ satis facile coalescerent si hæcchymoma cito discute„ retur: ubi vero longiori tempore hoc fieret, tunc sordes „ collectæ inter divulsas fibras se interponerent, et impedirent „ adunationem =. Extra vasa enim, ut inquit mox laudatus Svietenius, (Aphor. 406.) hæret, neque amplius „ circulatio„ nis legibus subjacet, sed stagnat (humor), et calore loci „ spontaneam mutationem sequitur, quæ in putredinem ver„ git. „

8 Et re quidem vera id locum habuisse in ægrotante nostro dubitare haud licet statim ac neglecta primis opportuna curatione diebus humores qui ob impactum in lapideam columnam sternum illuc confluxerant haud resoluti ac repurgati mora, et calore loci in putridam saniem conversi, ulcus generarunt, quod *fistulosum* fuisse ex Chirurgi curantis, aliorumque medentium depositionibus cognoscitur.

9 Quod si eorum auctoritate quiescere haud velimus, consulatur ulceris descriptio, quam passim in *Summ.* Valetudinarius (*pag.* 54. §. 318.) Sanatus (*pag.* 61. §. 367.) et tandem *Rev. Pat. Abb. Carmassi* (*pag.* 72. §. 444) præbent, et ex abscessus altitudine, ejusdem oris angustia, materiarum indole, vera, tuta, atque indubitata fistulæ noctio exurget = Ulcera „ enim, quæ *altiora sunt*, Clarissimo adnotante Heistero,

(Instit. Chirurg. Pars 1. lib. 5. de Ulcer.) = et speciatim *an-*
„ *gusto* ore, sive principio, sinus, vel *fistulæ* dici proprio no-
„ mine consueverunt = Ea vero tecnica artis dictione, *Ul-*
cera fistulosa dicere suevimus, = præsertim ut mox subdit
Laudatus Auctor = ubi *sinus amplior*, *exitus angustior* fue-
„ rit, = Hujusmodi autem conditionis ulcus fuisse ex me-
dentium testimonio, et Sanati præsertim examine (*Summar.*
pag. 61. §. 367.) inficiari non potest.

10 Nec solum fistulosum fuit ulcus, sed *sinuosæ* etiam *naturæ*, quos sinus ex iisdem fontibus, fide scilicet testimoniali non solum, sed ratione causæ, in ægrotante nostro haud defuisse adeo certo constat, quam quod maxime; statim ac enim cellulosa in abscessu substantia in pus redacta divulsas fibras a mutuo contactu averteret, cavum inter paries molles ab ipsius evacuatione induci necessarium est.

11 Sed *callum* quoque, ut usuvenire solet, in casu nostro extitisse liquido constat: impossibile namque est, ubi diutius puris eductio retardatur, quin in ichorem non transeat, ex quo erosi ulceris parietes, qui etiam torundis aliisque pharmacis obdurantur in callum non abeant, et *callosum* ulcus fuisse curæ Chirurgus (*Summ. pag.* 47. §. 272.) Valetudinarius (*Summ. pag.* 55. §. 325.) Sanatus denique ipse (*Summ. pag.* 63. §. 386.) ac Rev. Pat. Abb. Mon. (*Summ. pag.* 72. §. 440.) omnes una fatentur.

12 *Cariem* autem ad morbi magis magisque incurabilitatem augendam in ulcere consociatam fuisse non minoribus demonstrari potest argumentis = Fistulæ thoracis facile costarum cariem afferunt =, inquit celebratissimus Kleinius, et jure quidem ac merito: cum præsertim præcipua in abscessu indicatio, quæ in apertura abscessus ejusdem posita est, ut ex ea detur exitus effusis humoribus et locus repurgetur, prætermissa fuerit. Ex atro autem ichoris colore ejusdemque fœtore specilli experimento cariem dignosci omnibus notum est: hæc autem omnia adesse in casu nostro, abunde ex Summario cognoscimus, et si quando aliquis rationalibus hisce signis acquiescere nollet, physicam (heu mirum!) habemus evidentiam, in cava ossis cicatrice, ut suo loco dicemus.

13 Hæc de morbi natura, et qualitate dixisse sufficiant, nunc ejusdem valorem expendamus. Cum autem ex huc usque dictis inficiari non possit morbum fuisse ulcus *fistulosum*, *sinuosum*, *callosum*, *cariosum*, et cum ex pathologicis pateat, fistulas, sinus, callum, cariem, non nisi ferro vel igne destrui, extirparique posse, facile intellectu est, omissis hisce Chirurgiæ auxiliis ulceris labia inter sese coalescere nulla ratione posse, proindeque ulcus, de quo agimus, si non natura sua, ob præterita saltem mox dicta Chirurgicæ artis auxilia *insanabile* prorsus fuisse, utpote ipsud professores omnes declararunt.

14 Consulantur eorumdem judicia, quæ passim ex Summario in unum corpus digessit solertissimus causæ hujusce Patronus in voto defensionali §. 185., neque ullum ad imminuendam judi-

di.

diciorum auctoritatem robur facere posse, examen rationum in quibus totum stat juris pondus, an scilicet natura sua ut discimus *immedicabile* ulcus fuisse, vel casu tantum *insanabile* contendere haud dubitamus. Sufficit enim nobis quod metus incisionis subiectæ arteriæ necessariam operationem inhibuerit, ut si non prorsus immedicabilem, perpetuum saltem, et insanabilem morbum futurum nulla ambigi ratione possit.

15 Curæ Chirurgus Aloysius Verzolini non una, sed multiplici vice hoc fateri non dubitat = a fronte dei rimedj da me pre-
„ stati secondo l'arte, non ho potuto mai osservare alcun
„ decrescimento di male, cosicchè io lo giudicai *incurabile* =
(Summ. pag. 46.), quod item pag. sequ. sic contendit = re-
„ plico peraltro che per me il male era tanto incurabile, che
„ *a meno di un miracolo* per le già esposte ragioni, l'infer-
„ mo andava sicuramente a perire, che qualunque rimedio
„ dell'arte era inutile = et juxta interr. 17. hæc habet pro coronoide = tutte le variazioni, che osservai furono sempre in
„ peggio, cosicchè giudicai sempre più che il male fosse *in-*
„ *curabile*=. Hujusmodi autem prognosim juxta interr. 18. judiciose sane fulciur hisce verbis = Per le materie, che sortivano acrimoniose, sar-iginose, fram'schiate con sanie, e
„ sangue corrotto, come anche dal *color paonazzo* che cir-
„ condava la piaga = de quo ulceris colore, utpote pessimum ægrotantis ossis indicium liceat hanc, quam habet medicinæ parens Hippocrates, (Aphoris. Sect. 7. 2.) sententiam auro cedroque dignissimam memorare, = Propter os laboraos *caro*
„ *livida* malum. =

16 Neque dicas Verzolinium favoris gratia hæc commentum fuisse: ejusdem enim sententiæ fuisse alterum Chirurgum Rollium non modo ex Verzolinio, qui ab ægrotante ipso id resciisse asserit *Summ. pag* 47. juxta inter. 16., et iterum *Sum. pag.* 48. juxta inter. 21., discimus; sed ab amplissimo teste (pag. 52.) unam eamdemque fuisse Professorum omnium opinionem, ut nullatenus vinci morbus posset, nisi ad unicum incisionis remedium confugeretur, plane cognoscimus.

17 Jure igitur alter Fabrianensis Chirurgus licet summi nominis (*di molto grido*) ut habemus ex ipso Sanato (*Summ. pag.* 61. §. 368.) noluit curationi sese immiscere (*non volle prestarsi alla cura*) et ulcus insanabile declaravit (*e la dichiarò insanabile.*) Quod denuo *pag.* 64. §. 387., in teterrima hac sententia mire consensisse professores omnes ingenue fatetur, adeo ut ab omnibus morbi curatioonem prorsus omissam fuisse addat pag. 67. §. 411., utpote in re ut ita dicam conclamata nulliusque spei locum habere debet juxta Latinissimum Celsum (de Med lib. 1.) = Ne speciem habeas occisi, quem sors ipsa
„ interemit.

18 Fistula vetusta inquit Gorterus (loc. sup. citat. lib. 7. cap. 7. §. 1325.) = *multum ichoris* fundens, cum *callosis oris* . . . . in
„ os desinens, ad attactum dolens, *magnum foetorem* spirans,
„ *difficultatem* curationis promittit = cui plane consonat cele-

berrimi Kleinii judicium, ubi inquit (Interp. Clin.) = *difficil-*
„ *lime* sanantur (ulcera) inveterata putrida, *fistulosa*, *callo-*
„ *sa cariosa* =, de qua tamen difficultate loquens pluries lau-
datus Heisterus, nullam esse posse sanationis spem, nisi aut
scalpello excidatur, aut candenti ferro callus aduratur: atqui
neutrum pertentatum fuit in casu nostro, ergo ulcus plane
incurabile.

19 Thoracis Fistulas facile costarum cariem adferre jam superius
adnotavimus: Caries autem mors ossis est, quæ fit (verbis
utar Immortalis Halleri *in Bhoer. præl. acc. tom.* 6. *pag.* 62.)
„ a destructione arteriarum periostei ad os deferentium vitales umo-
„ res uti et venarum referentium eosdem umores: simili abo-
„ litione omnis pars corporis, omni influxu humorum vi-
„ talium carens *numquam poterit recrescere* cum partibus vi-
„ vis; sed semper debebit separari a partibus hujusmodi. =
Quod autem in genere verum est, in specie ad pectoris ossa
quod pertinet est quam quod verissimum; ea enim non so-
lum uti reliqua ossa peculiari illa teguntur membrana, quæ
satis arcte adhæret, et ex qua ut demonstravit Ruischius
(*Thes. Anat. prim. num.* 3.) = innumera vasa ramis emissis
„ subjecto ossi inferuntur, illique ad vitam, et nutrimentum
„ necessarios præbent humores =; sed cum spongiosæ potius
cæteris sint et diploe medullari refertæ, ubi aliqua causa mor-
bifica membrana insthæc (periostion vocant) erosa, avulsa,
vel alimode destructa sit, puncta plurima rubra in osse ap-
parent, quæ extrema abrupta vasorum in denudata ossis su-
perficie constituunt, quibus in primis si aer libere accesserit,
tenerrima illa vasorum destruuntur ita, ut ad reparandam si-
milem perditæ membranæ fabricam penitus inepta fiant, ac
reperiantur. Extrema ergo illa ossis superficies vitali influxu
liquidorum orbata *moritur*, *nec unquam poterit recrescere* ut
inquit Svvietenius (*Comm. in Boher. tom.* 1. §. 249.) = quod
„ diploe inter binas tabulas ossis media, vasis plurimis, et
„ cellulosa ossis fabrica constat; adest hic oleum medullare
„ tam cito corrumpendum: unde sive læsio ossis propagatio-
„ ne mali tandem ipsum diploen infecerit: sive osse integro
„ *post validam contusionem* fracta in diploe vasa humores
„ suos funderint, poterit ab utraque causa corruptio stagnan-
„ tium et extravasatorum liquidorum hic nasci. =

20 A validis interim contusionibus lædi posse medullam nullus
dubitat. Non aliam sane habuerunt causam immanis ille tu-
mor cum mortali carie genu, de qua meminit *Accad. Scient.*
Par. (*Histor.* 64. *ad ann.* 1737.), neque aliunde ortus est in-
geus ille tumor in eodem ossis tibiæ loco quam tanta felici-
tate aperuit, ac resecuit Petitus (*Traité des maladies des os*
tom. 11. *cap.* 16. *pag.* 389.) ut millena hujusmodi, quæ ex
Diariis medicis deduci possent exempla prætermittam. Merito
igitur inquiebat mox laudatus Svvietenius (*loc. cit. tom.* 11.
§. 526.) = pessimum ergo ossium vitium caries, totalem fere
„ eorumdem corruptelam indicans aut erosionem: leviora
„ enim ossium vitia sanari solent . . . *caries numquam* sed
„ fer-

„ ferro vel igne tolli debet donec ad viva perventum fuerit = Quod autem in casu concreto de quo agimus, existente carie ut superius demostravimus (§. 12.) absque fistulosi ulceris sectione ipsiusque cariati ossis adsportatione nullam salutis spem adfulgere posset, et moriendum omnino esset ægroto auctoritate artis nostræ principum, quos memoravimus, perillustri Heisteri judicio, demonstravit etiam causæ Patronus, quem consuli debet § 129. *et seq.*

21. Ex iis, quæ huc usque disputavimus, licet tandem ratam hanc conclusionem habere: Teterrimum morbum, quo pius Camaldulensis noster conflictatus est, ejusmodi fuisse naturæ, ut *nullimode* emendabile naturaliter esset, proindeque, ejusdem sanationem Artis quoque Chirurgicæ auxiliis arduam maximopere, difficillimumque, quin imo ambiguæ non solum naturæ, sed fere desperatæ, clarissimum præ se ferre subjectum, quod *miraculum* plane constituat.

22 Quid? quod etiamsi concedatur post decem, et amplius ærumnarum menses, simpliciori illa detersiva, ut ajunt, methodo, naturæ vires morbum superasse paulo post recrudescere, ipsum necessario debuisse? Unum præcæteris audiamus *Gorterum*, (Chir. Repur. §. 1328.) sic inquit, = Si ad fundum „ fistulæ hæret caries . . . Antequam tentetur fistulæ conso- „ lidatio, caries est curanda; quoniam coalita fistula aliter „ *recrudescet* =. Idem asserit Clarissimus *Platnerus* cujus hæc sunt verba „ Ubi os subtus corruptum est, Ulcera *facile* „ *rursus disrumpuntur*, cicatrice inflammatione lacessita, et „ talia ad fistulam inclinant „. Tandem hisce apprime consentit celebratissimus *Kleinies*, qui in suis clinicis interpretationibus, hæc habet „ Si ulceri vel fistulæ cum ossis vitio ci- „ catrix inducitur . . . . eadem *renovantur* „; et paulo post = spes irrita simplicis sanationis si *os carosium* vel callus remanet =; quod sane millenis comprobare possem exemplis, quæ, ne nimius sim, lubens prætereo.

23. Sed jam audiamus, Illustrissimum, ac Reverendissimum D. Promotorem Fidei contra hæc pro more disserentem, et primo num satis ipse fecerit ad infirmandam Illmi hujusce causæ Defensoris auctoritatem, videamus.

De testibus non peritis (§. 20.) nulla penes Nos erit quæstio: præter quanquod enim de ipsorum auctoritate juridica, satis superque a mox laudato præclarissimo causæ Patrono dictum fuit, satis est ad nostra quod refert, ut concordes ipsi sint in pandendis iis, quæ medica non indigent scientia, cum iis quæ a testibus peritis referuntur, quibus nisi palam, aperteque indocti, atque contradictorii demonstrentur, standum præceteris esse, nemo est, qui non videat. Hujusmodi sunt morbi ortus, symptomata, medentium judicia, curationis modus ejusdem effectus, præcipue cum morbus tangibilis, ut ita dicam, et cujuscumque visui patens se præbeat. Et re vera quisnam ad audiendos ægrotantis gemitus, medentium consilia, medica vel Chirurgica scientia opus esse contendet? Quisnam ut prognosim memoret, morbi periculum, indeque exor-

tam

tam pervicaciam ut noscat, Anathomicis ac Chirurgicis disciplinis indiget? Inficiari non potest quemlibet licet rudem dummodo, visu, auditve naturaliter præstet, facillime de facto, quod ordinariam non exuperat rationem, deponi posse: quin imo rectius, si loqui vellimus, non nisi hac opus est, ut peritos verum asserere, nec sibi contradicere constanterque idem affirmasse cognoscatur. Hæc autem omnia mirabiliter in casu nostro consentire, cuique testium examina perlegenti innotescet.

24. Idem dicas de exceptione, quam ad infirmandam auctoritatem periti testis Chirurgi scilicet Rolli (§. 22.) mox addit laudatus Promot. Fidei, de *extrajudiciali* ejusdem conditione. Satis ad id regerit Patronus. Ad nos quod attinet satis superque est facti veritatem per hæc omnia constanter introspicere, quilibet juris modus fuerit, quo in perquisitione usi sint.

25. Maximi sane ingenii, et peculiari mentis acumine conquisitæ exceptiones sunt, quæ leguntur contra peritum Verzo inium, qui ut videtur præceteris curæ præfuit religiosi: Pace tamen dicam Doctissimi Oppositoris ex eo quod jure optimo videatur, ut ipse inquit (§. 23.) hunc Chirurgum si non impropria saltem non satis cauta (§. 24.) cucurbitularum applicatione, earumdemque scarificatione *ulceri*, *de quo agitur*, ut addit mox laudatus adversarius in novis animadversionibus (§. 10.) *primam dedisse causam expungendus* ex peritorum numero certo non est. Non enim de causa morbi; sed de morbo ipso quæstio introducitur; quem reapse extitisse, et diuturnissime, periculosiorisque naturæ fuisse satis, ut arbitror, diligenter clarissimorum in arte nostra virorum auctoritate non solum; sed Chirurgicis rationibus, iisdemque evidentissimis demonstravimus; ut nullus dubito, quin de ipso ambigi ulla ratione possit.

26. Neque magis vera haberi possunt quæ sequuntur ad hujus periti auctoritatem minuendam: hujusmodi scilicet Chirurgum *in suo ipso testimonio haud dubiam includere contradictionem*: eo namque loco (§. 13.) ubi clarissimus Vir, propositionem demonstrare adnititur ipsissimis Chirurgi verbis, ex quibus *non satis ipsum in testimonio dicendo cohærens sibi fuisse* decernit, quod modo (ad inter. 17.) dicat „ Non hò mai „ tentato; anzi mi sono sempre guardato di distruggere la „ parte callosa della piaga, perchè hò avuto timore fondato, „ e della Gangrena, e della Emoraggia, e del taglio dell'ar- „ teria „ modo (ad seq. inter. 18) asserat „ di aver usato „ il caustico della pietra infernale per distruggere la parte „ callosa „ (Summar. pag. 47.) *adparentem seu amphibologicam pro reali, et absoluta ponit contradictionem*; cumque ut cæteri docent Logici; contradictio ut vera sit ac realis *de eodem secundum idem* esse debeat; eumdem scilicet, sub eodem subjecto loci, temporis, instrumenti, modalitatis etc includere respectum opus sit; hinc omnis controversiæ cardo in eo vertitur, quod licet in casu, de quo agitur, idem subjectum sit, nimirum = la parte callosa della piaga =, cujus de-

destructionem modo reformidasse; modo pertentasse asserit Chirurgus Noster; idem tamen non est neque modus, neque istrumentum, quo uti posse, et usum fuisse asserit, quod satis est ut vera ac essentialis excludatur contradictio. Atque hic mihi liceat, cursim animadvertere in attenta depositionum hujusce aliorumque peritorum lectione, quandam dicendi inconstantiam, verborumque incertitudinem apparere, ex qua homini si excipias prudentiori, atque in arte apprime exercitato non leviorem confusionem cæteris oriri posse ultro lubenterque est concedendum.

27. Sint igitur dictioni illi = distruggere la parta callosa =, haud scite certe in inter. 17. et 18. iteratæ, eæ politiores introductæ, tecnicæ quidem, sibique verborum etiam sono discrepantes *excidendi*, seu *adsportandi* in primo casu, *urendi* seu *cauterizandi* in secundo, et omnis ablati erit intelligendi difficultas, omnisque vel adparens contradictio evanescet. Quod autem hic sit ambiguæ illius dictionis sensus, ex contestu cognoscitur: adeo enim distat, ut a callosæ alicujus substantiæ in ustione Emorragiæ timendæ sint, quin potius princeps ad ipsas cohibendas remedium, causticum prebeat, atque suppeditet. Cœterum in responsione *ad inter.* 17. = Clare dicit Chirurgus Arteriæ (mammariæ scilicet) recisionem veritum fuisse = ho avuto timore del taglio dell' Arteria = quod secanti ferro apprime quadrat, urenti caustico tribuere ridiculum esset, ipsique haud convenire lippis etiam tonsoribusque notissimum.

28. Pace igitur dicam Illmi adversarii viri cæteroquin doctissimi nulla adest in Chirurgi depositionibus manifesta contradictio, quæ si in verbis quodamodo est ut diximus, abest tamen in essentia rei, ut palam, et ad radim usque demonstrasse confidimus.

29. Idem dicas de *exageratione* cujus nota illico post inurit Chirurgum nostrum mox laudatus Illmus Adversarius. Ubi enim ad distantiam temporis, de quo loquutum fuisse peritum testem liquido constat, attendatur, et ipsa quoque evanescit. Re vera mirum non est, imo morbi naturæ apprime consentaneum tumorem in primo ipsius stadio *flogistico* nimirum, seu *inflammatorio* tantæ molis fuisse, = *quanto una bona pagnotta* = eundemque in altero, suppuratione nimirum peracta, et pure evacuato, non nisi nucem retulisse (*della grandezza di una noce*) de illo autem locutum fuisse Chirurgum; de hoc autem religiosum illum sanatum res est ex ipsis eorundem depositionibus ex quibus, et levis hæc, atque *adparens* deprompta est contradictio luce meridiana clarior et cuique in ipsas sedulo animadvertenti compertissima.

30. Quid autem de carie dicemus? Maximam vim, et gravitatem morbi ab ipsa carie constitui, ultro concedit oppositæ sententiæ propugnator, ut videre est in *novas animad.* §. 14. Sed de hac carie *incertos* ipse nos esse voluit, et Chirurgum Rollium, in cujus testimonio *totum* (ut inquit) *stat* hac de re judicium a proposita, seu præconcepta opinione sua recessisse

se

se contendit, ex eo quod = *Summar. pag.* 81. §. 485. = de ea loquendo hisce verbis deponat „ formai giudizio, che vi „ vi *potesse* essere sottoposta la carie „.

31. Primum argumentum (*nov. Animad.* §. 15.) ex dictionis modo deduci, trita illa ut arbitror sententia a posse ad esse non tenet illatio. Ingeniosissimo critico logice, et ego regeram, notissimo adagio, qui nimis probat nihil probat, eumque ad ea, quæ in genere de vocabulorum dictionumque interpretandi modo enuncleavimus compellam; sed de hoc paulo inferius. Illud tantum in præsentiarum lubet animadvertere dictionem illam = potesse essere sottoposta la carie = nescio quid *prudentioris* ac *dubitativi* includere, quod adeo longe distat a negatione, quin potius ad eam prudentiores medici non raro se conferant, ubi de morbis, qui haud externis, sed internis mentis nostræ facultatibus *inductiva* scilicet *methodo* cognoscuntur.

32. Alterum argumentum negativum est, ut ajunt, atque ex silentio, quod de carie habet Chirurgus Rollius in altera, et tertia visitatione deducitur: de tertia nil dicam, cum morbum a Chirurgo = *nello stato medesimo dell'ultima visita* = (altera scilicet) plane fuisse asseratur: ad secundam quod pertinet licet verum sit nullam Chirurgum de carie mentionem fecisse, haud tamen ex hujusmodi silentio deduci potest, ut contendit Adversarius (*loc. citat.*) „ Quidquid in prima visitatione circa cariem opina„ tus fuerat, postea falsum agnovisse „. In iis enim describendis immoratur Chirurgus (*Summ. pag.* 82. §. 488, *et seq.*) quæ magis patula, et evidentiora erant, fistulæ scilicet natura ac forma, cujus interno orificio Caries respondisse pronum est intelligere ex ipsissimis Chirurgi verbis, qui cicatricem, quam miratus fuit, fortem, stabilem, ac *concentratam* fuisse dicit; quæ quidem concentratio nonnisi cavo ossis subjacentis ob deperditam per cariem substantiam tribui potest, atque referri.

§. 33. Nonne mirum videri debet, quod medicinæ parens in suis Aphorismis (*lib.* 6. *num.* 43.) viderit atque adnotaverit, utramque veritatem „ Ulcera quæcumque annua fiunt necesse est „ os abscedere, et cicatrices *cavas fieri* „ Ast vero annuum propemodum ægrotantis nostri ilcus dici meretur, ergo necesse erat ut abscederet, quod idem est, ac si diceres, necessum fuisse cariem efformari; nec ulla ratione impediri poterat, quin si cicatrix tandem induceretur, *cava* fieret, prout adamussim in casu nostro, locum obtinuisse legimus, quod etiam præter Rollium ab aliis observatum, atque adnotatum fuit, ac præcipue a peritissimis in arte viris, ipsa nostra in urbe, ubi Sanctissimi Decreto nova recognitio perhibebatur, ut videre est *in Summ. pag*: 84, *et seq.*

§. 34. Cæterum si omissa Rolli in describendo incuria, alios audiri peritos velimus, fistulam *cum carie* (di una fistola *con carie*) habuisse Sanatum asserit Burnioni (*Summ. pag.* 83. §. 491) adeo ut quod sibi haud bene consulens ægrotus *cariata* ossa (le ossa cariate) numquam extrahi permiserit ipse doleat, conque-

queraturque: fistulosum sinum *cum carie* in medietate sterni (*un seno fistoloso con carie dalla parte media dello sterno*) ponit alter Chirurgus Benucci, (*loc. cit. pag.* 84. §. 495., *et* 98) qui simul miratur, ac dolet ad *cariatorum ossium* demolitionem necessariam sinuosæ fistulæ incisionem neglectam fuisse (onde, ut ipse loquit, impadronirsi delle *ossa cariate*). Denique ubi ad novam cicatricis recognitionem in urbe perfectam a clarissimis Chirurgiæ Professoribus Andrea Belli, et Phillppo Savetti attendatur, adeo clare, aperteque ipsa (*caries* scilicet) demonstratur, ut sinea, quæ ex ipsis *in Summ. pag.* 85. §. 503, *et pag* 87. §. 509 habemus, attente consulantur, nisi in meridiana luce cæcutire velimus, præter fistulam *cariem*, eandemque jam depascentis, ac conclamatæ naturæ in casu, de quo agimus, extitisse, nulla ambigi ratione possit, ac denegari.

35. Istantaneam sanationem vel non fuisse, vel saltem certo asseri non posse addit præclarissimus Censor in *nov. Animad.* §. 14, quod irrito sane conatu demonstrare aggreditur variis quæ in Summario sunt, depositionum interpretationibus, quæ quidem depositiones, utpote a testibus non peritis proinde que non de scientia propria deponentibus desumptæ nullus, vel saltem parvi admodum momenti esse contendit. Quis talia concedet? Num agitur de facto occulto, et communem capacitatem exuperanti agitur ut, peritis non nisi testibus fides habendasit? Quis ea omnia, quæ passim in mox dicto Summario narrantur ab amplissimis honestissimisque viris, qui omnes, et *desperatum* a Chirurgis judicatum fuisse morbum asserunt, et majorem immediate ante sanationem ulceris acerbitatem fuisse testantur prorsus falsa atque commentitia asserere non dubitabit. Nonne de facto proprio tangibili, ut ita dicam, facillimique intellectus deponunt. Pace dicam tanti viri: Nubeculæ istæ sunt, quæ vividissimos solis radios obtenebrare nulla ratione possunt. Constat igitur, planeque constat de altero miraculo extremo, nec simplicissima illa medicatio Cataplasmatis, qua tantopere delectatur Adversarius ullam ad sanationem obtinendam in teterrimo, ac plane desperato morbo opem fulisse credendum est. Recolantur hic loci, quæ superius (§. 20.) enucleavimus.

36. Sed ad postremam jam objectionem, quam ceu Achillem in medium adducit solertissimus contrariæ sententiæ propugnator. Tempus ac modus, quo ulcus consolidatus est juxta ipsum excludere plane videtur, quod tuemur prodigium. Hujusmodi difficultas ab ipsa religiosi hominis sancti narratione desumitur, quam narratio sui habetur in *Summ. pag.* 68, §. 416., *et seq.* Doctissimo Domino Promotori fidei, haud conciliari posse videtur, cum his extremis, quæ ad miraculum necessario requiruntur.

37. Ast vero animadvertendum est novum, haud esse, qui graviori, diuturnoque morbo laboraverint ubi convalescerint in ejusdem narratione ea inter cætera memorare symptomata, que potiorem portendere dolorem, quæque vitæ pericu-

eulum proximius induxere existant nec ne; et quodlibet fuerit tempus acerbitatis eorundem. Ita qui Apoplexia correpti motum, sensumque omnem per dies amiserunt, statim ac alteruter expergiscitur, et aliqualis jam convalescendi affulget spes, dum loquuntur, se loqui prorsus non posse, dum moventur se motum amisisse conqueruntur: ita similiter, qui Emophoten ex Aneurismate passi sunt, ortophoea, sanguinisque sputu detineri dolent, licet hæc jam evanuerint; et sic de cæteris.

38. Quid igitur mirum si sanatus noster ea referat, quæ vividiori modo sensuum internorum organa percellerunt „ et tali „ *pectoris* pressum *angustia*, atque *ansietate* se dicat, ita ut „ nec jacere, in affectu latere posset, nec brachia movere, „ contractisque sterni musculis non nisi curvus, atque intor„ tus incederet? „ Hæc omnia certe cum iis, quæ necessario ab eo peragenda fuerunt, ubi sacrosancto Missæ sacrificio inserviret, conciliare nequeunt, ut perbelle sane, atque admodum ingeniose amplissimus Adversarius noster adnotavit: Ast modus interpretationis pientissimi Camaldulensis fratris narrationi ponendus: de acutie morbi ipsum locutum tunc fuisse, stadio nimirum *flogistico*, ut diximus, vehementerque *irritanti*, in quo certe hujusmodi res ab ipso peractas fuisse haud legimus, non de *cronico*, atque *habituali*, in quo cætera illa evanuisse symptomata pronum est intelligere; adeo, ut quæ præstare debet, qui Missæ inservit agere haud difficile posset.

39. Sed iam finis sit: Faxit Beatissime Pater, Deus Optimus Maximus, qui Pater luminis est, et veræ sapientiæ, ut quæ ad geminam hujus facti vere miraodi naturam, seu quod idem est, ad hujusce absque dubio prodigiosæ sanationis extimationem *pro rei veritate* hucusqua disputata sunt, sapientissimo arridere et consilio tuo, ut nubeculis omnibus quæ vivissimum ut ita dicam, miraculi lucem obtenebrare posse videbantur, remotis, planeque dissipatis, dilectissimum Christo Redentori Nostro filium B. Alph. Mar.de Liquori jam solemni Ritu Beatorum fastis adscriptum, in Sanctorum denique numerum cooptatum debita reverentia colere datum sit.

Silvius Clementi.

REVISA

A. Gardellini Sub-Promotor Fidei.

VA1 1521982